

bus placeamus, placendum est hominibus: sin autem aliter non placemus hominibus, nisi Deo displiceamus, Deo magis quam hominibus placere debemus. Lib. 1, super *Epist. ad Galat.*, cap. 1, in illud: *Quæro hominibus placere.*

HUGO A S. VICTORE. 78. Christianus placere debet Domino, non vestibus, sed moribus. Super *Regul. D. August.*, cap. 6.

HUGO CARD. 79. Ille placet Deo, qui factus est per gratiam, amicus ejus. Super *Sapient.*, cap. 4.

80. Plus placet Deo interiora, quam exteriora: exteriora enim non placent, nisi propter interiora. Super *Epist. ad Galatas*, cap. 3.

S. JOANNES CHERYSOST. 81. Anime fortis et constantis est, nihil facere ut homini placeat. Homil. 23, super *Gen.*

82. Tolle hoc vitium de Clero, ne velint hominibus placere, et sine labore omnia vitia rescantur. Homil. 43, super *Matth. Oper. imperf.*

83. Non propter spem regni ecclesiæ, sed ut Deo placeat, viro bono est laborandum. Homil. 43, super *I Cor.*

84. Placere Deo quovis etiam regno præstantius est. *Ibid.*

85. Si proprio placere vis viro, aliis ne cura ut placeas: si vero aliis placere vis, non potes placere tuo. Præterea ne placere velis viro unde placet et scorta, sed magis unde placent mulieres libere. Serm. 10, super *Epist. ad Coloss.*

S. ISID. BISP. 86. Flenda est ruina, qua sibi quisque magis quam Deo placere studeat. Lib. 3 de *Sum. bono*, cap. 23, sent. 1.

S. PAULIN. 87. Beata esset nostra conditio, si æque Deo ut hominibus vel displicere timeremus, vel curaremus placere. *Epist. ad Aethiolum episcopum.*

PETR. BLES. 88. Non potes placere Deo et mundo: displicet mihi, si ut mundo placens, Deo displicere non times. *Epist. 131, ad Quemdam Priorem.*

89. Studeas illi placere modis omnibus, quibus potes: qui te talum facere dignatus est, ut placeas. *Ibid.*, de *Charitate*, cap. 21.

S. PETRUS DAMIANUS. 90. Unum est quod mens ejusque fidelis debet assidue et soleriter attendere, et intra semestipsum sollicita semper inquisitione versare, scilicet utrum placeat Deo quod agit: quid enim prodest quicquid faciat homo, si hoc non placeat Deo? Lib. 5, epist. 3 ad *Quendam Archiepiscopum*.

PHILOJUD. 91. Si qui Deo displicent, sunt miseri: quibus placere conat, proculdubio felices erunt. De *Abrahamo.*

S. PROSPER. 92. Pax super ipsum est, cui Deus semper placet. Super *Psalum*. cxxiv, vers. ult.

S. THOMAS AQUINAS. 93. Si quis in hoc mundo vult multis gratis haberi,

Det, capiat, quaerat, plasima, pauca, nihil, 2, 2, quest. 117, art. 4.

94. In omnibus bonis que agit et dicis, Deo placere studeas: qui autem sibi placet, stulto placet, et Deo displicet. In *Valle Iltiorum*, cap. 7, sect. 2.

95. Discat prius displicere seculo, qui placere vult Christo. Homil. 17, de *Bono martyrii.*

SENTENTIE PAGANORUM.

96. Maluerim veris offendere, quam placere adulando. Lib. 2, de *Clement. ad Neron.*, cap. 2.

97. Nunquam volui populo placere: nam que ego scio, non probat populus; qua probat populus, ego nescio: quis enim placere potest populo, cui placet virtus? *Epist. 29.*

98. Quid stultius, quam aliquem eo sibi placere, quod ipse non fecit? *Epist. 74.*

99. Placeat homini quidquid Deo placet. *Ibid.*, 400. Non quam multis, sed qualibus placeas, cogita. De *Quatuor virtutibus.*

101. Non quam multis placeas, sed quibus stude. De *Moribus.*

102. Maximum in eo vitium est, qui non melioribus vult placere, sed pluribus. *Ibid.*

103. Multitudini placere, ne satagas. Sent. 101, vide etiam tit. *Colere*, sent. 53; *Deliciae*, sent. 44; *Displicere*, fere per totum. *Egredi*, sent. 133; *Fama*, sent. 18; *Luctus*, sent. 12; *Opus*, sent. 54; *Ornatus*, sent. 63; *Persona*, sent. 42; *Potestas Dei*, sent. 57; *Pudicitia*, sent. 25; *Remuneratio*, sent. 34; *Servire Deo*, sent. 7; *Stultitia*, sent. 47.

POENA.

Definitio. Poena est supplicium, quo quis ob delictum afficitur.

SENTENTIE PATRUM.

1. Impius ipse sibi poena est, justus autem ipse sibi gloria: et utrique aut honorum aut malorum operum merces ex seipso solvitur. Lib. 1 *Offic.*, cap. 12.

2. Omnis poena, si justa est, peccati poena est, et supplicium nominatur. *Prosec.*

3. Si autem injusta est poena (quoniam poenam esse nemo ambigit) injusto alio dominante homini imposita est. Lib. 4, *Retraetae*, cap. 9.

4. Est justitia pulchritudo, cum benignitatis gratia concordans, ut quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti sumus, amaritudine poenarum erudiamur. De *Vera Religione*, cap. 15.

5. Qui injuste se ordinat in peccatis, justo ordinatur in poenis. *Epist. 120, ad Honorat.*

6. Quisquis poenas non vult there pro peccatis, inimicus est æquitati. Lib. 7 de *Genesi ad litt.*, cap. 26.

7. Poena proprie dicitur læsio, qua punit et vindicat quod quisque commisit: illa igitur po-

THOMAS A KEMPIS.

S. VALER. EPISC.

SENECA.

SIXTUS PHILOSOPH.

COLLETO.

S. ANTON.

S. AUGUST.

S. BERNARD.

nam tenet, qui semper punit quod commisisse dolet. De *Vera et falsa poena*, cap. 19.

8. Qui solus est sine culpa, solus est et sine poena: sed quoniam nullus est sine culpa, ideo nullus sine poena vivere debet. Serm. 24, ad *Frates in eremo.*

9. Ubi major poena, major victoria est. *Ibid.*, serm. 45.

10. Nemo injuste poenas luit. Lib. 1, de *Lib. arbit.*, cap. 4.

11. A Deo poenam meremur aut premium. *Ibid.*, lib. 2, cap. 1.

12. Diversitate poenarum, diversitas agnoscitur meritum. *Epist. 162.*

13. Peccantum justa poena sequitur. Lib. 8, *Confess.*, cap. 5.

14. Diaboli, quos invenerint sui similes, secum ad poenas trahunt. De *Agone Christ.*, cap. 2.

15. Juste mali poenas patiuntur. *Ibid.*, cap. 7.

16. Nullus cruciatus poenarum temporalium potest sempiternis iniquorum cruciatibus comparari. De *Catech. rad.*, cap. 24.

17. Si unum omne peccatum manifesta plecteretur poena, nihil ultimo judicio reservari putaretur. Lib. 1 *de Civit. Dei*, cap. 8.

18. Non quisquam de vitis naturalibus, sed de voluntariis poenas luit. *Ibid.*, lib. 12, cap. 3.

19. Barissimi sunt, qui nullas in hac vita, sed tantum postea poenas luant. *Ibid.*, lib. 21, cap. 44.

20. Nullus debita poene accipit veniam, nisi qualemcumque solverit poenam. De *Continent.*, cap. 6.

21. Omnis omnia sive per poenas, sive per premia justitia moderate disponit. *Contra Adimant.*, cap. 17.

22. Comes morienti, aut vita erit, aut poena. De *Episcop.*, cap. 6.

23. Bonam voluntatem sequitur corona, malam sequitur poena. Lib. 2 de *Actis cum Felice*, cap. 12.

24. Nascentur proles ad poenam, nisi renascantur ad vitam. Lib. 1 *de Nuptiis*, cap. 47.

25. Qualis et quanta poena cuique culpæ debetur, divini iudicii est non humani. De *Natura boni*, cap. 9.

26. Tolera malum bonus, ut venias ad premia bonorum, ne mittaris in poenam malorum. Tract. 50, super *Joan.*

27. Productior est poena quam culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena. *Ibid.*, tract. 124.

28. Par esse non debet poena, ubi dispar est causa: et dispar esse non debet poena, ubi par est causa. *Epist. 326, ad Abbat. Lessensem, pro reconciliatione fratris Roberti.*

29. Justum est ut qui æternaliter peccato perfrui voluit, æternaliter poenam inveniat: et quorum voluptas non habuit finem peccandi, non habeat finem torquendi. Super *Luce.*, cap. 6, in illud: *Eadem mensura*, etc.

30. Vere levis reputanda est omnis poena, qua evaditur æterna: levis est enim parum spina pungi, quam gladio occidi. Serm. 4, in *die Ciner.*

31. Poena præsens, si afflicti animum convertit, finis est culpæ præcedentis: si tamen ad timorem minime convertit, initium est poenæ sequentis. Serm. 4, *Dom. 2, post Pascha.*

32. Tanto quisque poenam facilius et acrius sentit, quanto natura est vivacior. In *Fasciculario*, cap. 8.

33. Solatium est miseris, socios habere poenarum. Lib. 3, *Compend. theol. verit.*, cap. 7.

34. Gravior poena est, que usque ad interiora descendit. Super *Psalum*. xxxvii, vers. 3.

35. Justi poena non patientis culpæ, sed facientis invidia est. Super *Psalum*. xi, vers. 8.

36. Dignus est male, imo pejus tractari ab aliis qui alios prior male tractavit. In *Elaclit.* super cap. xxxi, *Job.*

37. Poena impii, crudelitas est justis. Super illud *Genes. xix: Versa est in stivam salis.*

38. Beatus vero, qui hic poenas dedit scelerum: futurus non habebit. Super illud *Job 5: Beati homo qui corripitur.*

39. Qui sibi nunc in culpa parci, ei postmodum in poena non parciunt. Lib. 11 *Moral.*, cap. 17.

40. Poena interrogat, si veraciter veraciter amat. In *Profat. exposit.*, super cap. ur *Job*, num. 5.

41. Solos poena a supplicio liberat, quos immutat: nam quos presentia mala non corrigunt, ad sequentia perducunt. Lib. 9 *Moral.*, cap. 24.

42. Poena interrogat, si veraciter cognoscimus culpam. *Ibid.*, lib. 24, cap. 6.

43. In poena sua oculos aperit, quos in culpa clausos tenuit. Lib. 25 *Moral.*, cap. 3.

44. Iniquus sepe, qui poenam quam meretur, repente non suscipit: hoc ipsum Deo non æstimat displicere quod facit. *Ibid.*

45. Nunquam culpam suam reprobi, nisi in poena cognoscunt: et quia poena differitur, culpa despiciunt. *Ibid.*, cap. 7.

46. Omne quod hic agitur, poena et miseria est. *Ibid.*, lib. 11, cap. 26, super illud *Job xiv: Brevis vivens tempore.*

47. Poena præsens, si animum afflicti convertit, finis est culpæ præcedentis: si autem ad timorem Domini minime convertit, initium est poenæ sequentis. Lib. 9 in *Registro*, indict. 3, cap. 25, epist. 25, ad *Venerandum episcopum Syracusan.*

S. BONAV.

CASSIODOR.

FRANCISCUS TITELA.

GLOSS. INT.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR MAGNUS.

48. Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in poena. Et hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 33, can. *Qui ea*.

WATMO. 49. Pro qualitate et quantitate peccatorum redditur poena tormentorum: non enim equalis poena debetur ei, qui parum peccavit, et ei qui multum. *Serm. 2, Dom. 2, post Pent.*

S. HIERON. 50. Omnis poenarum finis, honorum exordium est, et dolor proficit ad sanitatem. Lib. 2 super *Micheam*, cap. vii, super illud: *Et erit terra in desolationem*, etc.

HUGO A S. VICTORE. 51. Omnis poena malum est, sed non omnis poena mala est. *De Orat. Dom.*, cap. 16.

52. Poena quam fugit hic peccator, transitoria est: quam incurrit, aeterna. Lib. 1 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 101.

HUGO CARD. 53. Poena post peccatum vicem janitoris obtinebit, quia semper comitabitur te, sive introcas, sive excas. *Super Genes.*, cap. 4.

54. Solutum est misero, socios habere poenarum. *Super Deut.*, cap. 1.

55. Ut probet, aut purget, aut puniat, aut veneretur, aut Christi patet gloria, poena datur. *Super Job*, cap. 1.

56. Miserabiliter cruciatur, qui causam sui cruciatus non attendit. *Ibid.*, cap. 10.

57. Triplici culpa triplex poena respondet: peccato in Deum, carentia visionis Dei; peccato in proximum, ignis inextinguibilis; peccato in seipsum, vermis immortalis. *Super Isai.*, cap. 13.

58. Homo in poena nascitur, et in poena moritur, et ideo in poena vivere debet. *Ibid.*, cap. 30.

S. INNOC. III. 59. Nemo se confidat expertem a poena, qui se novit immunitum a culpa. Lib. 1 de *Contemptu mundi*, cap. 29.

S. IOANNES CHRYSOST. 60. Major est poena dilata, quam subita: et molestius supplicium, quod premissio terrore differat. *Homil. 25 ex divers. in Math.*

61. Gravior est poena, quo ad hoc tardat, ut dicitur feriat: subita enim cito percutiunt, dilata feneratoram poenam restituit. *Ibid.*

62. Poena hic inflictu, liberat a poena futura. *Cone. 3 de Lazaro.*

63. Peccatum sanies est, poena ferrum medicinale: sicut saniem habens, si non secatur, tunc in majoribus est malis, ita peccans si non puniatur, omnium est miserimus. *Homil. 6 ad Pop. Antioch.*

64. Illic corona, ubi poena. *Ibid.*, homil. 67.

JOAN. SAR. 65. Est poena duplex, cum et ipsa sentitur, et causa ignoratur. *Epist. 139.*

JOAN. TRITH. 66. Quanto status fuerit altior, tanto poena delinquentis gravior. Lib. 1, homil. 5, ad *Monachos*.

67. Copia perenitium non tollit poenam, sed auget. *Epist. 14 ad Nicol. presbyt. Marnicens.*

68. Christus sicut peccatum, quod poena dignum est, non admisit: ita poenam peccati nostri suscepit, ut per indebitam poenam suam, debitam aliuere culpam nostram, ut per hoc amitteret diabolum, qui reos tenebat, dum unum interfecit, qui nihil peccati admiserat. *Lib. 1 de Sum. bono*, cap. 14, sent. 12.

69. Crescit Sanctorum gloria, dum debita damnantur impii poena. Lib. 1 de *Sum. bono*, cap. 30, sent. 3.

70. Non grave est eos, qui gravia perpetrarunt, gravibus quoque poenis affici: sed eos, qui nihil grave commiserunt, gravia perpeti, prorsus gravissimum est. Lib. 3, epist. 26 ad *Casium presbyt.*

71. O tu! qui poena reus es, non mereberis misericordiam, si irasceris ad poenam: quin potius intelligas digne te pati quod pateris, ut misericordiam consequaris, et possis ad pristinum statum revocari. *Homil. 10*, in cap. 16 *Ezech.*

72. Quamvis abominanda videantur, plurimum tamen prosunt poene insipientibus, quemadmodum medicinae silva corporeo morbo laborantibus. *De Agricultura.*

73. Plurimi poenas peccatorum suorum perferunt, et intelligere causas poenarum nemo dignatur. Lib. 5, de *Guberna. Dei*.

74. Sua cuique nequitia sufficiens poena est. *Epist. 32, ad Fratrem.*

75. Quisquis longo tempore poene expertus manet, eum par est infelicissimum haberi, qui neque Deo, neque homini cure sit. *Epist. 44 ad Joannem.*

76. Ineffabilis Dei clementia poenas minatur, ne poenas inferat: cum vero non veriti fuerimus minas, tunc experientia eas percipimus. *Sect. 2, super Ezech.* in illud: *Afflictio ecce venit*, etc.

77. Poena purgant peccata, humiliant reos, provocant bonos ad amorem Dei. *Opusc. 6, super symbolum Apost.*, art. 1.

78. Poena voluntaria in hac vita suscepta multo plus purgat, quam poena post mortem inflictu. *De ultimo Advent. Christi.*

79. Licet poene quandoque sint absque culpa persone, semper tamen sunt in culpa nature. *Super 2 sent.*, dist. 37, art. 4.

80. Poena non facit aliquid meriti, sed culpa justam exigit poenam. *Serm. 14 ad Novit. Divis. 7.*

SENTENTIA PAGANORUM.

81. Poena sunt medicamenta quaedam, medicamenta autem per contraria fiunt. Lib. 2 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 3.

82. Levis est, si ferre possum: gravis est, si ferre non possum. *Epist. 24*

83. Prima et maxima peccantium est poena. peccasse. *Epist. 97.*

84. Dat poenas quisquis expectat: quisquis autem meruit, expectat. *Epist. 105.*

85. Poest poena dilata exigi, non poest exacta revocari. Lib. 2 de *Ira*, cap. 23.

86. Jam sibi poenas dedit, qui peccavit. *Ibid.*, cap. 30.

87. Impunitatis genus est, jam non habere poenam locum. Lib. 1 de *Clement. ad Nevon.*, cap. 21.

88. Satis est poenarum, potuissio puniri. *De Moribus.*

Vide etiam tit. *Damnatio*, sent. 41; *Delectatio*, sent. 68; *Flagellum Dei*, sent. 173, 234; *Gaudium*, sent. 91; *Ira Dei*, sent. 25; *Lasio*, sent. 20; *Martyrium*, sent. 166; *Providentia Dei*, sent. 59; *Punitio*, sent. 40; *Remuneratio*, sent. 8; *Sententia*, sent. 36; *Timor poene*, per totum; *Venia*, sent. 56.

POENE TIMOR.  
Vide TIMOR POENE.

POENITENTIA.

S. ISID. HISP. *Etyologia.* Poenitentia appellata est, quasi poenitentia: eo quod ipse homo in se puniat penitendo, quod male admisit. Lib. 6. *Etymol.*, cap. 18.

B. ALANUS DE RUPE. *Definitio.* Poenitentia est dolor voluntarie susceptus satisfaciendi pro peccatis, et porro cavendi peccata. Part. 3, serm. 4, regina 14, cap. 23.

S. ANTONIN. Poenitentia est virtus, qua peccata commissa plangimus, et odimus, et ea ulterius committere nolumus. Part. 4, tit. 5, cap. 14.

S. AUGUST. Poenitentia vera est poenitenda non admittendo, et admitta delere. *De Ecclesiast. dogmat.*, cap. 54. Penitente est poenam tenere, ut semper puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando. *De vera et falsa poenitentia*, cap. 19.

S. BONAV. Nihil aliud est poenitentia, quam voluntaria poena pro peccatis assumpta. *Serm. 2, de Phar. Mort.*

CASSIODOR. Quid est aliud poenitere, nisi irasci sibi, ut horreat quod fecit, et cruciatus a se exigat, ne iudex potius iratus affligat? *Super Psalm. iv*, vers. 5: *Irascimini*, etc.

GISS. INT. Poenitentia est correctio male mentis. *Super Math.*, cap. 4.

S. GREG. NYSS. Poenitentia est dissolutio et eversio peccatorum, quae vel re, vel cogitatione sunt admissa. *In eos qui alios iudicant.*

HUGO CARD. S. IOANNES DAMASC. Poenitentia est correctio anime. *Super Psalm. xxxv.*

Poenitentia est ab eo quod nature adversatur, ad id quod nature consentaneum est: atque a dia-

holo, ad Deum per pie vite studia, et labores reditus. Lib. 2 de *Fide orthodoxa*, cap. 30.

Poenitentia plena et perfecta definitio est, ut peccata pro quibus poenitentiam gerimus, vel quibus nostra conscientia remordetur, nequaquam ulterius admittamus. *Collat. 20, Abbat. Pinyfi*, cap. 5.

Poenitentia est iustitia, qua quis inclinatur punire malum, vel emendare quod in se reperit. Part. 4 de *Descript. termin.*, cap. *Iustitia*.

Agere poenitentiam nihil aliud est quam profiteri et affirmare se ulterius non peccaturum. *De divinis Inst.*, lib. 6 de *Vero cultu*, cap. 13.

Poenitentia est vera ab omnibus extra Deum aversio, et integra ad purissimum certissimumque bonum, illud quod Deus ipse est, conversio. *In Apolog. pro Thaulero*, cap. 5.

Poenitentia vera est dolor cordis, et amaritudo anime pro malis, quae quisque commisit. Lib. 4, dist. 17.

Vera poenitentia est abominatio peccati, cum vito cavendi, confitendi, satisfaciendi. Part. 1 de *Potestate ligandi et solvendi*, cap. 5.

Poenitentia est quedam specialis virtus, qua homo operatur ad praeteriti peccati destructionem, et detestationem. Part. 3, *Summa*, quaest. 85, art. 2.

*Descriptio.* Poenitentia est revocatio baptismatis. *Prose.*

Poenitentia est secunda vitae conventio ad Deum. Poenitentia est humilitatis emptor. Poenitentia est corpoream consolationis perpetua et jugis repudiatio. Poenitentia est seipsum semper condemnans cogitatio, securaque cuiusque sui cura. Poenitentia est spes filia, infidelitatisque et desperationis abnegatio. Poenitentia est reus confessione liber. Poenitentia est reconciliatio Domini per bona opera peccatis repugnatio. Poenitentia est conscientiae emendatio. Poenitentia est voluntaria earum rerum omnium, quae affligunt, tolerantia. Poenitens est cruciatum sibi semper opifex. Poenitentia est valida ventris afflictio, animaeque in sensu firmissimo jugis reprehensio. *Gradu 5. Divisio.* Tres sunt species poenitentiae: simulacra et infructuosa, ut in Esau et in Saul; crudelis et desperata, sicut in Cain et Juda; Utilis et consummata, sicut in Maria et Zachario, istius poenitentia partes sunt quinque: contritio in corde, confessio in ore, maceratio in carne, correctio in opere, perseverantia in virtute. *In suis Sent.*, verbo *Tres*.

Poenitentiae tres sunt partes: contritio cordis

confessio oris, satisfactio operis. Super *Ecclesiasticæ*, cap. 17. Et *S. Bonavent.* super *Psal.* lxxx.

PETRA. BLES. Poenitentia tres sunt partes : prima contritionis, secunda confessionis, tertia satisfactionis. *Prose.*

Prima mentem lavat, secunda refrigerat, tertia fovendat. Prima debetur Deo, secunda preelato, tertia proximo.

Deo debemus conteri, preelato confiteri, proximo bene operari. Serm. 10, in *Die Clavum.*

S. DONAV. *Comparatio.* Sicut virus serpenti vitam conservat, sed homini mortem propinat : et sicut ignis aurum probat, et virgulta incinerat : sic eadem poenitentia, non omnibus est imponenda, sed diversis diversa. *Prose.*

Sicut talpa moritur in luce, et sub terra vivit : et sicut ignis quem cætera animalia timent, salamandram nutrit : et sicut homo sub aqua moritur, ubi piscis delectatur, sic eadem poenitentia non omnibus est injungenda, sed diversa diversis. Tit. 2, *Dialect.*, cap. 1.

## SENTENTIA PATRUM.

B. ALANUS DE RUPE. 1. Poenitentia est ruina vitiolorum, reparatio virtutum, reparatio virtutum, confusio demonum, letitia angelorum, medicina peccatorum. Part. 3, serm. 4, regina 44, cap. 23.

S. ALBERTUS MAGNUS. 2. Falsa est poenitentia, quando unum peccatum emendatur, et de alio non curatur. Part. 4, de *Paradiso animæ*, cap. 44.

S. AMBROS. 3. Sine deum qui agunt poenitentiam, quomodo agere debent, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intumorum concussione viscerum, qua cordis conversione. Lib. 2 de *Poenit.*, cap. 6.

4. Tanta poenitentia medicina est, ut mutare videatur suam Deum sententiam. *Ibid.*

5. Facilius inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint poenitentiam. *Ibid.*, cap. 10.

6. Peccati : o quantum valent tres syllabæ, tres enim syllabæ sunt. Peccati, sed in tribus syllabis : flamma sacrificii cordis poenitentis ad celum ascendit. In *Exhortat. ad poenitentiam.*

7. Nihil peccare solius est Dei, emendare, sapientis est, et corrigere erratum, et poenitentiam gerere peccati : id tamen difficile est in hac vita homini. *Prose.*

8. Quid enim tam rarum, quam ut invenias virum, qui seipsum coarguat, et factum condemnent sumum?

9. Rara itaque confessio de peccato, rara poenitentia, rara in hominibus verbi ejus assertio.

10. Repugnat enim natura, repugnat verecundia : natura, quia omnes sub peccato, et qui car-

nem gerit, culpæ obnoxius est, repugnat ergo natura carnis, et illecebra sæculi innocentie, inegritatitque.

11. Repugnat etiam verecundia, quia erubescit unusquisque propriam culpam fateri : dum presentia magis quam futura cogitat. Lib. 1, epist. 3, ad *Simplicianum.*

12. Pigra et verecunda est poenitentia, quam premitur et revocatur presentium pudore. *Ibid.*

13. Prudentis est prospicere, ne frequenter eum poeniteat sui : nunquam enim poenitere, solius est Dei. Lib. 10, epist. 82, ad *Vercellens. Eccles.*

14. Peccavit David ut solent Reges, sed poenitentiam gessit, flevit, ingemuit, quod non solent Reges. Lib. 1, de *Apologia David*, cap. 4.

15. Vera medicina est, gerere poenitentiam : que tunc legitime predicata est, quando medicus venit e coelo, qui non exasperaret vulnera, sed sanaret. Super *Psal.* xxxvii, in præfat.

16. Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse deflevit : atque ideo majorem gratiam reperit, quam amisit. Serm. 47 de *Fide Petri.*

17. Si quis senserit aliquid mortalium in se damnari, nisi poenitentiam egerit, æterna illum flamma trucidabit. Part. 2, tit. 4, cap. 8, § 5.

18. Sicut Baptismus est janua omnium sacramentorum, ita poenitentia est secunda tabula post naufragium. Part. 3, tit. 1 de *Matrimonio*, cap. 49, § 41.

19. Poenitens debet videre præterita, ut defleat : futura, ut caveat : prospera, ne elevent : adversa, ne depriment : superiora, ut sapiant : inferiora, ut desipiant : interiora, ut sibi in Deo sapiant. Serm. Dom. 4, *Quæreg.*

20. Poenitentia est cibis peccatorum. Serm. in *die Pasche.*

21. Tunc poenitentia prodest, cum poenitens emendandi voluntatem habet. *Prose.*

22. Sublata vero copia recte faciendi, inutilis est dolor et irrita poenitentia. Homil. de *Divite et Lazaro.*

23. Ne quemquam putes ab errore ad veritatem, vel a quocunque seu magno, seu parvo peccato ad correctionem sine poenitentia posse transire. Epist. 48, ad *Vincetium.*

24. Non solum cum agitur poenitentia, verum etiam ut agatur, Dei misericordia necessaria est. In *Enchirid.*, cap. 82.

25. In actione poenitentia non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris. *Ibid.*, cap. 65.

26. Poenitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo vite spiritu admis-

sorum quem poeniteat. De *Ecclesiasticis dogmatibus*, cap. 80.

27. Qui per poenitentiam peccata diluit, angelice felicitatis consortes in æternum erunt. Lib. 4 de *Mirab. sacre Script.*, cap. 2.

28. Poenitentia languores sanat, leprosos curat, mortuos suscitât, vitia fugat, virtutes exornat, mentem muniat, et roborat, omnia satiat, omnia reintegrat, omnia lætificat, sanitatem auget, gratiam conservat, claudis gressum, aridis copiam, cæcis restituit visum, temperat successus, constringit impetus, moderatur excessus. De *Vera et falsa poenit.*, cap. 1.

29. Poenitentia genitus, fletus, et lamentatio hoc acquirit, ut et veniam mereatur et reformationem. De *quest.*, *Veteris et novi Test.*, quæst. 102.

30. Temerarius est, qui peccatum non abhorret, sed cum peccat, ad poenitentiam recurat. De *Vera et falsa poenit.*, cap. 7.

31. Poenitentia efficax est et fructifera, neminem relinquens sine venia. *Ibid.*, cap. 8.

32. Quem poenitet omnino poeniteat, et dolorem lacrymis ostendat. *Ibid.*, cap. 10.

33. Semper dolendum est in vita : ubi enim dolor finitur, deficit et poenitentia : si poenitentia finitur, quid relinquatur de venia? *Prose.*

34. Tandiu gaudeat et speret de gratia, quamdiu sustentatur quis a poenitentia. *Ibid.*, cap. 13.

35. Periculosissimum est, et interitui vicinum, post mortem protrahere poenitentia remedium. *Ibid.*, cap. 17.

36. Poenitentia acquirit indulgentiam, sine qua nemo pervenit ad veniam. *Ibid.*, cap. 2.

37. Recte poenitens quidquid sordium post purificationem contraxit, oportet ut abluat saltem lacrymis mentis. *Ibid.*, cap. 9.

38. Timendum est de poenitentesero, multos enim solet serolina poenitentia decipere. *Ibid.*, cap. 17.

39. Poenitentia omnibus utilis est, nec spem auferens, nec temeritatem concedens, sed digne et vere suscepta, promittit non solum indulgentiam, sed certa præmia. *Ibid.*, cap. 20.

40. Petrum nisi Dominus respexisset, nunquam poenitentia motus amare levisset. Lib. 3 *Hypognostic.*, cap. 9.

41. Poenitentia res est optima et perfecta, que defectos revocat ad perfectum. *Ibid.*

42. Multi quos peccare non pudet, agere poenitentiam pudet. O incredibilis insaniam! de vulnere ipso non erubescis, de ligatura vulneris erubescis. Nonne potridum nudum foedius et putidius est? confuge ergo ad medicum, age poenitentiam. Super *Psal.* l, vers. 4.

43. Tunc cum venerit iudicii tempus, correctio- nis locus non erit, sed tantum damnationis; et

erit ibi poenitentia, sed infructuosa, quia sera. *Prose.*

44. Vis ut fiat fructuosa? non sit sera. Considera, hodie te corrige. Super *Psal.* l, vers. 6.

45. Violentia poenitendi cedat consuetudo peccandi. Tract. 49, super *Evang. Joan.*, cap. 11.

46. Quid est infelicius, quid perversius, quam de ipso vulnere quod latere non potest, non erubescere, et de ligatura illius erubescere? De *Poenitentia medicina*, cap. 3.

47. Noli timere, adest in itinere auxiliator, qui in *Ægypto* non defuit liberator : noli timere, aggredere viam, præsumes securus. De *Utilit. poenit.*, cap. 1.

48. Quem poenitet, ita poeniteat, ut ulterius jam lugenda non committat. De *Rectitud. catholicae conversat.*

49. Ipsa impoententia est Spiritus sancti blasphemia, quia ille quid hoc impoententia peccato est ligatus, dono Spiritus sancti resistere videtur. Serm. 14, de *Verbis Dom.*

50. Propter dolorem solum poenitentia in fletu Domini possit officium : in risu, hoc est in gaudio, beneficium. De *Verb. Apost.*, serm. 9.

51. Si poenitens es, poenitet te : si non poenitet te poenitens non es. Si ergo te poenitet, cui facis quod male fecisti? si fecisse te poenitet, noli iterum facere : si adhuc facis, certe non es poenitens. Homil. 41 ex *l. III. Homil.*

52. Si quis positus in ultima necessitate egritudinis suæ voluerit accipere poenitentiam, et accipit, et mox reconciliatur, et hinc vadit : fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non præsumimus quia bene hinc exit. *Prose.*

53. Non præsumo, non vos fallo, non præsumo : fidelis bene vivens, securus hinc exit : baptizatus ad horam, securus hinc exit : sanus agens poenitentiam, et reconciliatus, et postea bene vivens, securus hinc exit. Differens autem et agens poenitentiam ad ultimum et reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus.

54. Unde securus sum, dico et de securitatem : unde non sum securus poenitentiam dare possum, securitatem dare non possum.

55. Numquid dico, damnabitur? Non dico, sed dico etiam liberabitur? Non. Et quid dicis mihi? nescio, non præsumo, non promitto, nescio.

56. Vis te de dubio liberare, vis quod incertum es evadere? age poenitentiam dum sanus es.

57. Si enim agis veram poenitentiam dum sanus es, et invenierit te novissimus dies, curte ut reconcilieris : si sic agis, securus es. Quare securus es? quia egisti poenitentiam eo tempore quo et peccare potuisti.

58. Si autem tunc vis agere poenitentiam ipsam,

quando jam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

59. Sed unde scis, inquis, non forte Deus dimittat tibi? verum dicis. Unde? Nescio: illud scio, hoc nescio. Nam ideo tibi de poenitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem; si scirem tibi prodesse, non te admonebam, non te tererem.

60. Duae res sunt: aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio: ergo tene certum, dimitte incertum. *Ibid.*

61. Poenitentiam age: quidquid enim feceris, quaecumque peccaveris, adhuc in hac vita es, unde te Deus, si sanare nolle, auferret. *Ibid.*, homil. 50.

62. Poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei. *Serm. 3 de Nativit. Dom.*

63. Quando sic te penitet ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in vita; et quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciet in mente: jam tunc bene ingemis ad Deum, et vere te penitet. *Ibid.*

64. Ista est vera poenitentia, quando sic convertitur quis, ut non revertatur: quando sic se penitet, ut non repetat. *Ibid.*

65. Quid infelicis, quid perversus, quam de ipso vulnere quod latere non potest non erubescere, et de ligatura illius erubescere? *Homil. 50, ex t. m. Homil.*

66. Poenitentia vera, non annorum numero consistit, sed amaritudine animi. *Prosec.*

67. Non longitudinem temporis tantum requirit Deus, quantum affectum sinceritatis poenitentis pensat. *Serm. 3 Dom. 1 Quadrag.*

68. Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse deflevit, atque ideo majorem gratiam reperit quam amisit. *Serm. 2 de Cathedra S. Petri.*

69. Poenitentia mater est omnium bonorum. *Serm. 11 ad Fratres in eremo.*

70. Poenitentia illa digna et bona est, quae peccata peracta deplorat, sic ut deplorata iterum non committat. *Prosec.*

71. Qui sic peccata deplorat, ut iterum peccata committat, adhuc poenitentiam agere ignorat.

72. Qui dissimulat, irrisor est: et non penitens, qui adhuc agit cuius se penitet. *Ibid.*

73. Si casu quis instigante diabolo ac sadente peccaverit, ad poenitentiam, quae est medicamen lapsorum, tota animi aviditate confugiat. *Ibid.*, *Serm. 60.*

74. Qui tempus poenitentiae datum negligit, frustra ante tribunal Christi proces effundit. *Prosec.*

75. Ibi a Deo non potest mereri quod petit,

qui hic noluit audire quod jussit. *Ibid.*, *Serm. 71.*

76. Inanis est poenitentia, quam sequens culpa inquinat. *Hab. in Decret. Gratiani, part. 2 de Penit., dist. 3, can. Inanis.*

77. Natura quam fecit Deus de nihilo, peccata quam peccavit, cogitur ad poenitentiam. *Lib. 2 de Gen. contra Manich., cap. 29.*

78. Quicumque Dei auxilio corriguntur, quod amiserant peccando, se penitendo recuperant. *De Morib. Eccles.*, cap. 34.

79. Nihil aliud agit quem veraciter penitet, nisi ut id quod male fecerit, impunitum esse non sinat. *Epist. 54.*

80. Poenitentia animi quaedam mors est. *Lib. 1 de Doctrina Christ., cap. 19.*

81. Age poenitentiam de praeteritis malis. *Epist. 70.*

82. Peccata quae male agendo committuntur, possunt et penitendo sanari. *In Euchirid.*, cap. 46.

83. Quicumque compunguntur homines poenitentia peccatorum, homines sunt. *Annot. in Job.*, cap. xxxvi.

84. In iudicio sera erit et infructuosa infidelium poenitentia. *Ibid.*, cap. 37.

85. De conversione nullius desperandum est, quando patientia Dei eum ad poenitentiam adducit. *Lib. 4 de Baptismo contra Donatistas*, cap. 14.

86. Poenitentia non est alienae naturae, sed voluntatis nostrae. *Lib. de Actis cum Felice*, cap. 8.

87. Deus sanat poenitentes peccata confessos. *Ibid.*

88. Inexensabilis est omnis homo quem et admonitum penitere non vult in malo. *De Cultura agri Dom.*, cap. 3.

89. Si me penitet, parcis: insuper dum differo, praestolaris. *Lib. Medit.*, cap. 2.

90. Poenitentes, si tamen estis poenitentes et non estis irridentes, mutate vitam. *Homil. 41 ex t. m. Hom.*

91. Ne desperando ageamus peccata, propositus est poenitentiae portus. *Ibid.*, homil. 27.

92. Quisquis poenitentiae recusat humilitatem, Deo propinquare non cogitat. *Ibid.*, homil. 50, cap. 4.

93. Non vehementius diabolo prosternimus, nec acriores ei dolores infligimus, quam cum plagas peccatorum nostrorum confitendo et penitendo sanamus. *Ibid.*, cap. 3.

94. A peccato afflicti sumus! per poenitentiam curemur: poenitentia porro remoto jejuniis, inanis et infrugifera est. *Homil. 1 de Jejunio*. *Hab. apud D. Joan. Damasc.*, lib. 2 *Parall.*, cap. 86.

95. Mali remedium cape, cape lapsus tui repository in poenitentia pharmacum. *Orat. 20.*

S. BASILIUS  
MAGNUS.

S. BASILIUS  
EPISC.

V. BEDA. 96. Tale est genus vitiorum, ut nisi praeteritum celeri poenitentia deleatur, alia ex induriantur. *In suis Proverb., verbo Tale.*

S. BERNARD. 97. Penitendo sine correctione non proderit: in poenitudine enim mens accenditur, in correctione ardet. *Serm. 3 Vigil. Not.*

98. Poenitentiam habere, dolere est; poenitentiam agere, remedium doloris est. *Serm. de Convers. ad Clericos*, cap. 5.

99. Poenitentia quae per corpus geritur, brevis est et levis: brevis, quia corporis morte terminatur: levis, quia per societatem corporis fertur facilius. *In suis Sent., verbo Tres.*

100. Quisquis dum in corpore vivit, poenitentiam recte agere negligit, nullum in futuro salutis remedium obtinere poterit. *Ibid.*

101. Necessaria sunt poenitentiam tria haec: abstinentia, lectio, oratio. *Ibid.*, verbo *Necessaria.*

102. Qui veraciter penitet, laborem poenitentiae non abhorret, sed quidquid sibi pro culpa, quam odit, iungitur, tacita conscientia patienter amplectitur. *De grad. humilit.*, grad. 9.

103. Vera poenitentia est quando sic penitet hominem peccasse, ut crimen non repetat. *De Inter. domo*, cap. 52.

104. Vera poenitens semper in labore et dolore est, dolet de praeteritis, laborat pro futuris cavendis. *Lib. Medit.*, cap. 4.

105. Vera poenitentia est sine temporis intermissione de peccatis dolere: sic plangere commissa, ut non committantur plangenda. *Ibid.*

106. Irrisor est, et non verus poenitens, qui adhuc agit quod poenitit: quoniam inanis est poenitentia, quam sequens coinquinat culpa. *Ibid.*

S. BONAV. 107. Aut continui dolores cruciabunt poenitentem vitam, aut aeterni cruciatus vexabunt punientiam animam. *Serm. 1, Dom. 1, Quadrag.*

108. Agere poenitentiam, fructuosum est, respectu hominis agentis, respectu diaboli invidentis, respectu Angeli gaudentis, respectu Dei retribuientis. *Prosec.*

109. Fructuosa utique et utilis est actio poenitentiae ad hominis expiationem, diaboli spoliationem, Angeli congratulationem, Dei remunerationem. *Serm. 1, in die Cinerum*, in illud 42. *Job*, Ago poenitentiam, etc. pag. 61, col. 4, tom. 3.

110. Cinis et cilicium, sunt arma poenitentium. *Super Luc.*, cap. x.

111. Asinus Christi est, qui onus poenitentiae portat; malus asinus est, qui et saccum poenitentiae, et Dominum insidentem projicit; gravius enim onus peccator assumit. *Serm. 3, Dom. Palmor.*, in illud *Matth.* xxi: *Sedens super asinam.*  
Tom. III.

112. Nullus potest esse participes gloriae, nisi perseveret ad monumentum poenitentiae. *Serm. 4, Dom. 13, post Pent.*, super illud *Joan.* xx: *Maria stabat ad monumentum.*

113. Sicut baptismus est porta intrantium, sic poenitentia est porta resurgentium: quia dum per eam peccatum destruitur, homo ad innocentiam reparatur. *Serm. 3, de S. Andrea.*

114. Vere non est vera, sed falsa poenitentia: immo nec poenitentia est nominanda, ubi nulla sunt aspera, sed dulcia universa. *Serm. 2 de S. Joan. Bapt.*

115. Vere homo et non fletu debet se pro peccato punire medici more, qui agroti non parcat, ut sanari possit. *Serm. 5 de Plur. Mart.*

116. Nihil valet poenitentiam inchoare, et eam usque ad medium trahere, si non adsit perseverare. *Ibid.*

117. Poenitentia est discrete imponenda, detote assumenda, perfecte adimplenda. *Tit. 2, Diat.*, cap. 1.

118. Bonus et perfectus poenitens fugit diabolum, sequitur Christum, spernit mundum, et appetit caelum. *Ibid.*

119. Poenitentia angelos laetificat, impium justificat, impium justificat, vitam aeternam donat, penam aeternam vitat. *Lib. 6 Theolog. verit.*, cap. 22.

120. Ve mihi, si peccata mea non deflevero: ve mihi, si media nocte ad confitendum tibi non surrexero. *In Soliloq.*, cap. 3.

121. Erubescimus modo parvo tempore poenitentiam agere, et non timemus sine ullo termino aeterna supplicia suslinere. *Prosec.*

122. O infelix homo! de ipso vulnere non erubescis, et de ligatura vulneris erubescis: peccatum enim vulnus est, poenitentia ligatura vulneris est.

123. Tu qui poenitentiam non vis agere, sine dubio dissimulas medicamenta tuis vulneribus adhibere. *Homil. 13.*

124. Tu homo sapiens, considera si iustus est, ut per totam vitam tuam vitis et peccatis servias, et ad acquirendam vitam per poenitentiam jam semivivus assurgas. *Ibid.*

125. Ista quaedam formula poenitentium est, ut inchoat a lacrymis, et desinat lacrima. *Super Psalm. vi*, vers. vii.

126. Perfecta poenitentia est, futura cavere peccata, et lugere praeterita. *Super Psalm. l.*, vers. 4.

127. O conditio beata poenitentium, quae de reis efficit justos, de tristibus perenniter laetos, de mortalibus absolute perpetuos. *Super Psalm. ci.*

128. Quemadmodum aridum lignum aqua s. cyrillus

S. CESARIUS  
ARL.AT.

CASSIUS

**HIEROSOL.** participans, flores emittit, sic et anima peccatrix per poenitentiam Spiritu sancto digna reddita, iustitia racemos progenerat. Cateches. 16.

**INDYUS. ALEX.** 429. Quem peccasse penitet, ita peniteat, ut non amplius peccando ab ira in peccantes futura fugiat. Lib. *contra Manich.*

**S. ELGIUS.** 430. Caveant omnes, qui poenitentiam volunt in fine vite suae accipere: vix enim paucos videmus eam secundum quod desiderant, adipisci. Homil. 6.

431. In poenitentia majorem in se quisque severitatem debet exercere, ut a seipso iudicatus, non iudicetur a Domino. *Ibid.*

432. Peccator dum labitur in peccatum, non differat poenitentiam, quia nescit si tempus poenitentiae accipiet, aut digne poenitebit. *Ibid.*, homil. 9.

433. Ille poenitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando scilicet ac delendo quae gessit. *Ibid.*, homil. 6.

434. Dominus paratus est semper recipere peccantes ad poenitentiam converti volentes. *Ibid.*, homil. 13.

**S. EUSEBIUS EMISSEN.** 435. Beatus, qui hic mala sua deslere, qui hic delicta sua festinat exsolvere, et innocentiam, quam jam non potest reparare per baptismi iterationem, recuperare studet per summum poenitentiae fructum. Homil. *de Penit. Niniivit.*

436. Non pudeat poenitere, quod peccare non puduit. *Ibid.*, homil. *ad Penitent.*

**FRANCISCUS TITELM.** 437. Tempus poenitentiae, quo se valet homo ad Deum convertere, nunc voluitur: neque ultra hoc seculum extenditur. In *Annot. super Psalm. v.*, vers. 5, sect. 1.

**GLOSS. DEC.** 438. Etatis ratio habenda est in poenitentia. In *Decretis Gratiani.*

439. Sicut prima bona per sequentia mala, mortua et irrita fiunt: ita ipsa eadem per poenitentiam, et alia bona sequentia reviviscunt. In *Decret. Gratiani.*

440. Qui a malis se mentem revocat, ut commissam plangat, et plangenda committere non velit, nec satisfacere negligat, vero poenitens est. *Ibid.*

**GLOSS. CAD.** 441. Necesso est ut cito post peccatum ad poenitentiam redeamus, ne forte diabolus per malignos spiritus in necem nostram conspiret, et meriti perpetua nos tradat. Super *II Regum*, cap. 43.

442. Quando peccator vere poenitet, aeterna poena, quam meruerat, in temporalem commutatur. Super *III Regum*, cap. xxi.

443. Vere revertens ad Deum per poenitentiam, quanto commisit peccata graviora, tanto

conari debet ad faciendum opera meliora. Super *II Paralip.*, cap. xxxiii.

444. Peccator quantumcumque magnus, si vere poenitet, et in bono terminet vitam, finaliter consequitur vitam beatam. *Ibid.*

445. Potentia Domini bonitate plena, opus suum propter peccata non despicit, sed per poenitentiam abluat, et pie fovet et nutrit. Super *II Regum*, cap. xi: *Misereris omnium.*

446. Sic poenitere, ut non sit iterandum. Super *illud Ecclesiastici: Et non iteres verbum, etc.*

447. Libenter suscipit Dominus poenitentem, eique occurrit et gratiam reddit revertenti, si tamen cum peccatu redeat. Super *Hierem.*, cap. iii.

448. Puniat quisque mala prioris vite, quia appropinquabit salus, quam perdidimus, et factus redeundi unde occidimus. Super *illud Math. iii: Poenitentiam agite.*

449. Virtus est per poenitentiam perimere veterem hominem, et vitam odisse; sed qui non facit non modo virtutes non comprehendit, sed nec etiam supplicia fugit. Super *illud Math. iii: Poenitentiam agite.*

450. Forma poenitentibus describitur, locus scilicet conversationis, non frequentia hominum, sed desertum; vestitus non molis ad futurum, sed asper, victus tenuis et inustus. Super *illud Matthaei iii: Vox clamantis, etc.*

451. Nunquam Deus spernit poenitentiam, si e sincere et simpliciter offeratur: etiamsi ad summum quis perveniat malorum, et inde tamen velit reverti ad virtutis viam, suscipit et libenter amplectitur. In *Decret.*, part. 2, *de Penit.*, dist. 3, can. *Talis.*

452. Peccatum quod per poenitentiam non diluitur, suo pondere mox ad aliud transit. Lib. 25 *Moral.*, cap. 9.

453. Nulla est cognitio reprehensionis, si non sequatur etiam lamenta poenitentiam. *Ibid.*, lib. 35, cap. 5.

454. Quod flendo insequimur, nequaquam nobis a venturo Iudice hoc obijci certe speramus. *Ibid.*, lib. 4, cap. 17.

455. Qui accepta poenitentiae tempora, diverfit ad culpam, districtus in ultimis judex impensa argumenta misericordiae convertet ad poenam. *Ibid.*, lib. 47, cap. 4, num. 3, super *illud: Job. 24. Delitit ei Deus locum poenitentiae.*

456. Tanto arctiori manu poenitentiae mens a pollutione tergendae est, quanto se per consuetum conspicit sordidius inquinatum. *Ibid.*, lib. 4, cap. 47, super *illud Job. 2: Involvetur amaritudine.*

457. Ne captiva mens culpae serviat, culpam a poenitentia libera non relinquat. *Ibid.*

GLOSS. III.

GLOSS. ORD.

GLOSS. III.

GLOSS. ORD.

GRATIANS.

S. CREGOR. MAG.

458. Amaritudo presentis poenitentiae extinguit supplicia sequentis ira. *Ibid.*, lib. 9, cap. 24.

459. Nihil sibi blandiatur infirmitas, sed quanto sibi mali sit conscia, tanto in se benignius sit se vera, et quaeque in se sentit districte feriendam, pia feriat per poenitentiam conversionis. *Ibid.*, lib. 25, cap. 4.

460. Omnis qui poenitendo corrigit aliqua quae fecit, eo ipso quo poenitet, se sibi displicuisse indicat: quia emendat quod fecit. Homil. 8, super *Ezech.*

461. Vita nostra ad tempus amarescat in poenitentia, ne aeternam amaritudinem sentiat in vindicta. Homil. 2, super *Evangelium.*

462. Perpendo Petrum, considero Latronem, aspicio Zachaeum, intueor Mariam, et nihil in eis aliud video, nisi spem et poenitentiae exempla. *Ibid.*, homil. 25.

463. Nemo indulta poenitentiae tempora parvipendat. *Ibid.*, homil. 29.

464. De omnipotentis Dei misericordia ordinate confidit, ne eod quod peccando delinquit, poenitendo corrigit, flendo tergit. Lib. 2, in *I Reg.*, cap. 3, super *illud: Dominus est, quod bonum est, etc.*

465. Debitum redditur pro peccato, cum peccatores affliguntur, et cruciati tergere culpas satagunt, quas carnis delectatione contraxerunt. *Ibid.*, lib. 3, cap. 4, super *illud Psalm. i: Tibi soli peccavi.*

466. Tria in unoquoque poenitente veraciter considerata sunt: videlicet conversio mentis, confessio oris, vindicta peccati. *Ibid.*, lib. 6, cap. 2, super *illud: Peccavi, etc.*

467. Minus est de anteacta vita erubescere, nisi quis etiam studeat ea quae admisit poenitendo corrigere. In *septem Psalm. Penit.*, super *Psalm. i*, vers. 10.

468. Mala quae nos egresse meminimus, fletibus puniamus; et hoc lamenta poenitentiae pervenimus ad carmen vite: ne si affligi modo poenitendo nolimus, ve postmodum, sine fine sentiamus. Homil. 9, super *Ezech.*

469. Poenitentiam agere est et perpetrata mala plangere, et plangenda mala non perpetrare. *Prose.*

470. Nam qui sic alia deplorat, ut tamen alia committat, adhaec poenitentiam agere aut dissimulat, aut ignorat.

471. Quid enim prodest, si peccata quis luxurie defleat, et tamen avaritiae aestibus anhelat?

472. Aut quid prodest, si ira culpas jam lugeat, et tamen invidia facibus tabescat?

473. Qui ergo peccata deplorat, ploranda minime committat: et qui plangit vitia, perpetrare vitia timeat. Homil. 34, super *Evangelium.*

474. Quisquis desperans de venia, agere poenitentiam dubitat, David poenitentiam ad animum reducat. In *septem Psalm. Penit.*, super *Psalm. iv*, in Prologo.

475. Eorum mala in Dei memoria nequaquam veniunt, qui ipsi poenitentiae afflictione delere oblii non sunt. Lib. 3, in *I Reg.*, cap. 5.

476. Debet poenitens diluere poenitendo quae fecit; et non iterum revocare quod flevit. Serm. 1, *fer. 2, Litan.*

477. Nullus dignam poenitentiam agere potest, nisi Spiritus sancti gratia cor ejus ad poenitendum emolliat. Serm. *Dom. 13, post Pent.*

478. Nullum peccatum tam magnum est, quod medicamento poenitentiae sanari non possit. *Ibid.*

479. Nullus de magnitudine, vel multitudine peccatorum desperet; quia etsi magni sunt morbi animarum, omnipotens est medicus, qui non venit vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam. *Prose.*

480. Nullum enim vulnus peccati tam magnum est, ut per poenitentiam sanari non possit, si tamen medicina poenitentiae non negligatur. Serm. 2, *Dom. 4, post Pent.*

481. Nulli membrorum tuorum parcas, ut soli parcas animae. Epist. 4, *ad Rustic.*

482. Non statim nobis poenitentiae subsidia blandiantur, quae sunt infelicium remedia: cavendum est vulnus, quod dolore curatur. Epist. 9, *ad Salvianum.*

483. Necessaria est poenitentia, quae aut aequat crimina, aut certe excedat. Epist. 22, *ad Susannam lapsam.*

484. Secundum conscientiae molem, exhibenda est poenitentiae magnitudo. *Ibid.*

485. Poenitentia non verbo agenda est, sed facto. *Ibid.*

486. Si peccaveris, o homo, festina liberando te reconciliari Deo: ut ex mercede sudoris, et digna poenitentia recipias quod ex gratia donatum tibi, perdidisti. Epist. 40 *de Duobus filijs.*

487. Apud Deum non tam valet mensura temporis, quam doloris. In *Regula monachorum*, cap. 30, *de Poenitentia.*

488. Secunda post naufragium tabula, poenitentia est. Lib. 2, super *Isaiam*, cap. 3, super *illud: Ruat enim Hierusalem.*

489. Poenitentia non amat delicias, sed diebus et noctibus orat, vigilat, jejumet, in sacco, non in pluma, non in serico. Super *Psalm. xviii*, vers. 19: *Qui fingis laborem in precepto.*

490. Si volueris perfecte poenitentiam agere, segregare te debes a consortio peccatorum, vel omnium malorum hominum, et fugere in alium

HAYCO.

S. JERON.

iocum, ut perfecte eam agere valeas. Super *Psalm. cxvii*, super illud: *Declinate a me maligni.*

191. O vera est poenitentia iugiter fletibus commissa diluere, et abluta non litare. *Ibid.*, *Exitus aquarum*, etc.

192. Amaritudinem radice dulcedo pomi compensat: pericula maris, spes lucri delectat; dolorem medicine, spes salutis mitigat. Qui desiderat nucleum, frangit nucem: poenitentiam agit, qui vult eterno bono adherere. Super *Marc.*, cap. 4, can. 6, num. 9, super illud: *Poenitentini*, etc.

193. Via Domini, qua ad homines ingreditur, poenitentia est: per quam Deus ad nos descendit, et nos ad illum ascendimus. Super *Marc.*, cap. 1.

MUGO A. S. VICTORE.

194. Si quis post lapsum peccatorum, ad veram poenitentiam se converterit, cito a misericordie Iudice veniam impetrabit. Et habet, part. 2, de *Penit.*, dist. 1, can. *Quia*, in *Decret. Gratiani*.

195. Homo, qui malum velle potest, et mutare potest, poenitentiam agere potest. Super *I Reg.*

196. Vera poenitentia a compunctione inchoat, que per aquam lacrymarum sordes peccatorum abluat, et animam irrigando ad germina virtutum fecundat. Super *Thren.*, in illud 2: *Deduc quasi torrentem lacrymas.*

197. O fructuosa poenitentia, mediatrix peccatorum fidissima! o secunda naufragii tabula! o refugium peccatorum, miserorum auxilium, exulum spes, oculium fomes, lumen caecorum, solamen oratorum, petulantium virga, vitiatorum sera, virtutum apotheca! *Prose.*

198. Sola Iudicem flectis, Conditorum arguis, Omnipotentem sternis.

199. Dum vinceris, vincis: dum cruciaris, crucias: dum vulneras, sanas, dum salubriter succumbis, gloriose triumphas.

200. Tu sola caeleris silentibus, thronum gratie conscendis: David reconcilias, Petrum restituis, Paulum illuminas, publicanum apostolorum inseris choro, Mariam de prostibulo iungis Christo, Latronem inseris paradiso. Super *Joel*, in illud *Psalm. l*: *Cor contritum*, etc.

201. Tria sunt in poenitentia: dolor praeteriti, satisfactio delicti, custodia futuri. Dolor culpam placat, satisfactio vitium sanat, custodia sanitatem servat. Lib. 1 *Miscell.*

MUGO GARD.

202. Quamvis in tempore sanitatis securior sit poenitentia: tamen minor sera, quam nulla; ante finem time, ne poenitere differas, in fine confide, ut vel tunc respicias. Lib. 2 de *Sacram.*, part. 14, cap. 5.

203. Spes praemii decorat poenitentiae laborem super *Gen.*, cap. 24.

204. Gradus quatuor poenitentiae, primus, vita praeterita recordatio: hinc pudor de peccato com-

misso, dolor de bono omissio, timor de supplicio promerito. Secundus, est peccati abominatio. Tertius, est peccati nuda, vera, voluntaria confessio. Quartus, est satisfactio Deo, sibi, et proximo. *Ibid.*, cap. 38.

205. Sicut in arca thesaurus servatur, ita per poenitentiam virtutes custodiuntur. Super *Jesus*, cap. 12.

206. Nihil debet esse in domo poenitentiae, quod non germinet dignos fructus poenitentiae. Super *3 Reg.* 23.

207. Pigri cum viam poenitentiae aggredi cogitant, animadvertunt amaritudinem poenitentiae, et quasi a seipsum spinarum resiliunt. Super *Prov.*, cap. 15, in illud: *Quasi spes spinarum*.

208. Per poenitentiam de imo vitiatorum in alta virtutum, de servitute peccati in libertatem gratiae ascenditur. Super *Cantica*, cap. 3.

209. Poenitentiam agere, tibi est securum, proximo fructuosum, angeo gaudium, Deo honorificum. Homil. 1 de *Poenitentia*.

210. Poenitentia facit homines beatos, beatitudine quadam imperfecta, que tamen in se perficitur. *Ibid.*, cap. 5.

211. Falsam poenitentiam esse constat, cum spreto pluribus, de uno solo poenitentia agitur: et sic de uno agitur, ut non discedat ab alio. Et hab. in *Decret. Gratiani*, dist. 6, can. *Frater*.

212. Tunc securum est homini poenitere, cum potest ipse peccare. Serm. 2, *Dom. 4, Advent.*

213. Tria sunt in vera poenitentia necessaria: dolor compunctionis in corde, pronuntiatio confessionis in ore, flagellum satisfactionis in opere. Super *Palm.* xxxvii, vers. 47.

214. Nullum est peccatum, quantumcumque grave sit, quod Dei misericordiam vineat, modo tempore debito poenitentia agatur, et venia petatur. Homil. 19, super *Gen.*

215. Nulla poenitentiae sera utilitas. *Ibid.*, homil. 43.

216. Plus Deus unius poenitentia commovetur, quam iustorum merito delectatur. Serm. de *Moyse*.

217. Si poenitet, corrige: si dolet, quiesce. *Prose.*

218. Peccator curret poenitendo quod fecit: ut possit recipere quod amisit. *Ibid.*

219. Poenitentia cor emundat, sensus illuminat, animas sanctificat, et ad susceptionem Christi preparat humana praecordia. Homil. 3, super *Math.* *Oper. imperf.*

220. Omne peccatum quomodo committitur, eo modo et poenitetur: recogita bene quod cogitaveras male, et poenitisti. *Prose.*

221. Si operibus aliquem offendisti, pula aliqu-

s. INNOC. III.

s. INNOC. III.

s. JOANNES CERYVOST.

jus pecuniam fraude abstulisti, aut rem aliquam per violentiam rapuisti; redde et quae abstulisti, et poenitisti. *Ibid.*, homil. 11.

222. Magna poenitentiae remedia sunt, nullumque animae vulnus insanabile: non grave est venisse in profundum malorum, sed manere ibi postquam veneris. Homil. 24, super *Acta Apost.*

223. Bona est poenitentia, fratres, si tarda nimis non fuerit, et si fuerit sera, in opere videatur perfecta. Serm. 2 de *Resurrectione*.

224. Melius est, ut nunc anima mordeatur ex recordatione peccati, quam in futuro tempore supplicia sentiat sempiterna. Homil. 31, super *Epist. ad Hebr.*

225. Non sic insanus amator dilectam suam amat, ut Deus poenitentem animam. Homil. 22 ad *Popul. Antioch.*

226. Qui proposito excitato servet, atque multa cum solertia poenitentiam ostendit, brevis temporis momento longevi temporis peccata delere poterit. Homil. 1 de *Poenitentia*.

227. Poenitentia est delictorum medicina, iniquitatum consumptio, lacrymarum impensa, ad Deum fiducia, adversus diabolum arma. *Ibid.*, homil. 3.

228. Poenitentia est spes salutis, et desperationis occasus. *Ibid.*

229. Poenitentia coelum aperit, in paradysum ducit, diabolum superat. *Ibid.*

230. Poenitentia medicamentum est, peccatum exinguens, donum coelitus datum, virtus admirabilis, gratia vim legum superans. *Ibid.*, homil. 5.

231. Virtutis digestio poenitentia est. *Ibid.*

232. Poenitentia non fornicatorem renuit, non ab obvio averteat, non abominatur idololatram, non adulterum repellit, non maledicum insectatur, non reprobat blasphemum, non superbum, sed omnes suscipit, communicat omnibus. *Ibid.*

233. Sicut aqua ignem exinguit ardentem, sic poenitentia diluit crimina fontibus lacrymarum. In serm. de *Penit.*

234. O poenitentia, quae peccatum remittit, et paradysum reseras, quae contritum sanas, et tristem exhilaras! *Ibid.*

235. O poenitentia, quae vitam de interitu revocas, statum restauras, honorem revocas, fiduciam das, reformas, vires, gratiam refundis! *Ibid.*

236. O poenitentia! omnia ligata tu solvis, omnia soluta tu reseras, omnia adversa tu mitigas, omnia contraria tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. *Ibid.*

237. O poenitentia, rutilantior auro, splendidior sole: quam non vincit peccatum, nec defecto superat, nec desperatio delet! *Ibid.*

238. Poenitentia respuit avaritiam, horret luxu-

riam, fugit furorem, firmat amorem, calcat superbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit invidiam. *Ibid.*

239. Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre: si violentus querat quae habet, non vetat: si vestem dirimat, non refragatur. *Ibid.*

240. Perfectus poenitens castigatus gratias agit, provocatus tacet, exasperatus blanditur, superiori supplex est, inferiori subjacet. *Ibid.*

241. Poenitenti praesto est Deus, esurienti nutritor, sitienti potator. *Ibid.*

242. O poenitentia misericordiae mater et magistra virtutum! reos solvis, delinquentes reficis, lapsos relevas, recreas desperatos. *Ibid.*

243. Quidquid durum in poenitentia, aut rigidum obicitur, vigilantia vincitur, orationibus mollitur, fletibusque resolvitur. *Ibid.*

244. Quid times poenitentiam? nihil tam durum quod non delectat: cum gustaveris, tunc perseques quoniam suavis est, et odor ejus in naribus, et sapor in faucibus. *Ibid.*

245. Non ad temporis rationem, sed iuxta affectionem animae solet dijudicari poenitentia. *Epist. 5 ad Theodor. laps.*

246. Peccasti? poenitere: millies peccasti? millies poenitere. Homil. 2, super *Psalm. l*.

247. Vulneratus es? adhibe tibi curam dum vivis, dum spiras: etiam in ipso lecto positus, poenitere; non enim impeditur temporis angustia misericordia Dei. *Ibid.*

248. Si tui memor sis peccati, Deus non erit memor: si tu oblitus ejus fueris, Deus ejus memorabitur. *Ibid.*

249. Qui in castigatione victus: se dicit agere poenitentiam; frustra hoc sermone promittit, nisi continentiam addat. Et habet in *Decret. Gratiani*, part. 2, causa 33, quest. 4, can. *Qui*.

250. Poenitentia correctio est voluntatis, non emendatio male naturae. *Prose.*

251. Nam si emendatio naturae esset poenitentia, Creator Dominus noster venisset in mundum, ut sui operis culpam emendaret, non nostros errores. Homil. 6 *Oper. imperf.* in *Math.*

252. Clerici peccantes, difficile poenitentiam agunt: erubescit enim aliquando reos videri, qui semper fuerat iudex. *Ibid.*, homil. 43.

253. Poenitentia multam habet potentiam; etiam in eum, qui peccatis valde demersus est, si venerit potest eum liberare ex opere, etiamsi ad ipsum fundum iniquitatis pervenerit. Homil. 9, super *Epist. ad Hebr.*

254. Magna est poenitentiae virtus, siquidem nos sicut nivem efficit et sicut lanam dealbat, etiamsi

antecedens peccatum inficiat animas nostras. *Ibid.*, homil. 12.

255. Vultus et medicamentum, peccatum est et poenitentia, vultus sanien habet, medicamentum sanie purgationem exhibet. Homil. 80 ad *Popul. Antioch.*

256. Non expectat Deus tempus a poenitentia: dixisti peccatum tuum? justificatus es: poenituiti? misericordiam es consecutus; non tempus asinatur, sed poenitentis modus peccatum extinguit. Homil. 5 de *Penit.*

257. Nunquam aversatur Deus poenitentiam sincero factam, etsi quis ad malitiam fines pervenerit: illinc eum ad virtutis viam reducere conatur, et suscipit redeuntem, et suaviter amplectitur. Epist. 5 ad *Theodor. de reparat. lapsi.*

S. JOAN. CL. 258. Vera germanaque poenitentia certum argumentum est, oblitio injuriarum. *Prose.*

259. Qui vero inimicitias tenet, et se poenitere existimat, similis est ei, qui se in somniis currere putat. Gradus 9.

JOAN. GREG. 260. Nihil est magis diabolicum, nihil ita displicens Deo, quam post culpam nullo poenitere. *Serm. 1 de Omn. Sanctis.*

261. Poenitentia reficit, quod peccatum destruit et inficit. *Serm. Dom. 1, Advent. contra gulam.*

262. Peccare, est fragilitatis humanae; non velle vero poenitentiam agere, obstinationis est diabolicae. *Serm. 2 de Spirit. Sancto.*

JOAN. TRITH. 263. Noli tempus poenitentiae indulgentiam negligere: quoniam qui veniam donat poenitentibus, saepe gratiam subtrahit differentibus. *De vir. illustr. Ord. S. Bened.*, cap. 339.

264. Anima, quae purgationem delictorum in praesenti vita neglexerit, gravis in futuro punietur. *Lib. 4, homil. 13 ad Monachos.*

265. Semper poenitentium est Monacho, qui non solum pro suis, sed etiam pro delictis aliorum intercessor ad Deum constituitur. *Ibid.*, homil. 14.

266. Magnum est bonum poenitentia mortalibus, quae sordidas purgat animas, et mentes ab interitu revocat destinata. *Ibid.*

267. Nunquam sine poenitentia vivit, qui verus est Monachus. *Ibid.*

268. Valde dubia res est, poenitentiam agere, cum jam necessitas compellit, et mortis te instantia facit, non amplius posse peccare. *Ibid.*

269. Quanto diutius poenitentiam distuleris, tanto semper ad poenitentiam minus dispositus inveniēris. *Ibid.*

S. IRENÆUS. 270. Poenitentibus largitur benignitatem suam Deus. *Lib. 8, advers. Haeres.*, cap. 37.

S. ISIDORUS HISPALENS. 271. Bene se judicat justus in hac vita, ne judicetur a Deo damnatione perpetua. *Prose.*

272. Tunc autem de se quisque sumit vindic-

tam, quando per dignam poenitentiam sua prava facta condemnat.

273. Amaritudo poenitentiae facit animum sua facta subtilius discutere, et dona Dei (quam contempsit) flendo commemorare: nihil enim pejus, quam culpam agnoscere, nec delere. *Lib. 2 de Summo bono*, cap. 18, sent. 3.

274. Duplicem habere debet fletum in poenitentia omnis peccator, sive quia pro negligentiam hominum non fecit, seu quia malum per audaciam perpetravit. *Prose.*

275. Ille poenitentiam digne agit, qui reatum suum satisfactione legitima plangit, condemnando ac desellendo quae gessit: tanto in deplorando profusus, quanto exiit in peccando proclivis.

276. Ille poenitentiam digne agit, qui sic praeterita mala deplorat, ut futura iterum non committat.

277. Nam qui plangit peccatum, et iterum admittit peccatum, quasi si quis lavet laterem crudum, quem quanto magis laverit, tanto amplius lutum facit. *Ibid.*, sent. 5.

278. Quamvis quisque sit peccator et impius, si vere ad poenitentiam convertatur, consequi posse veniam creditur. *Ibid.*, sent. 8.

279. A malo in deterius vadit, qui tempus sibi ad poenitendum indulgentum, ad libertatem pravi operis vertit. *Ibid.*, sent. 12.

280. Festinare debet ad Deum poenitendo unusquisque, dum potest: ne si dum potest noverit, cum tarde venerit, omnino non possit. *Ibid.*, sent. 9.

281. Qui cum prave vixerit, poenitentiam in mortis agit periculo: sicut ejus damnatio incerta est, sic remissio dubia. *Prose.*

282. Qui ergo cupit certus esse in morte de indulgentia, sanus poeniteat, sanus perpetua facinora desleat. *Ibid.*, sent. 11.

283. Nunquam oportet poenitentem habere de peccatis securitatem: nam securitas negligentiam parit, negligentia autem saepe incautum ad vitam transacta reducit. Proinde quia miseratione Dei occulta est, sine intermissione flere necesse est. *Ibid.*, sent. 14, etc.

284. Irrisor est, non poenitens, qui adhuc agit quod poenitit: nec videtur Deum poscere subtilis, sed subsannare superbus. *Prose.*

285. Canis reversus ad vomitum, est poenitens ad peccatum.

286. Lavatur et mundus est, qui praeterita plangit, et flenda iterum non committit.

287. Lavatur et non est mundus, qui plangit quae gessit, nec tamen desinit: sed post lacrymas ea quae dellexerat, repetit.

288. Quisquis ergo culpas praeteritas plorat,

hunc necesse est modum tenere: ut sic admissa desleat, ne iterum flenda committat.

289. Ve mihi misero Isidoro, qui et poenitere retro acta negligo, et adhuc poenitentia committo. *Ibid.*, cap. 16, fere per totum.

290. Poenitentiam est medicamen vulneris, spes salutis; quae non tempore pensatur, sed profunditate luctus et lacrymarum. *Lib. 2 de Offic. Eccles.*, cap. 16.

291. Lacryma poenitentium apud Deum pro baptisate reputatur. *Prose.*

292. In actione enim poenitudinis non tam consideranda est mensura temporis, quam doloris.

293. Quanto in peccando fuit ad matiam promptior mentis intentio, tanto devotior debet esse in poenitendo. *Ibid.*

294. Quod male fecisti, dum potes, emenda: dum potes, a peccato et vitio te revoca: dum tempus est, clama: dum datur spatium, luge: dum est licentia, poeniteas. *Prose.*

295. Festina dum potes, plange dum adhuc anima versatur in corpore, dum adhuc vivis, remedium tibi futurum acquire.

296. Priusquam te dies mortis preveniat, priusquam te profundum absorbeat, priusquam te infernus rapiat, poenitentiam age.

297. Ubi nullus indulgentiae locus, ubi nulla poenitentia patet libertas, nulla correctionis licentia, ubi nullus erit ad confessionem recursus, ad veniam nullus regressus. *Lib. 1 de Synonym.*

298. Quamvis criminiosus, quamvis sceleratus, quamvis criminibus nefandis oppressus, non denegatur poenitentiae locus, facile poenitentibus divina misericordia subvenit. *Prose.*

299. Per poenitentiam indulgentia datur, per poenitentiam delicta absterguntur. *Ibid.*

300. Peccati pudore oculos tuos attollere erubescere, incede deposita facie, incede abjecto vultu, mesto ore, percusso corde, ingubri veste, sacco involutus, operum dillio corpus, semper lugens, semper moerens, semper suspiria cordis emittens. *Ibid.*, lib. 2, cap. 5.

S. ISIDORUS MELIOTA. 301. Admisso delicto poenitentia minime duci, perniciosum est; et desperatione afficit perniciosus: illud enim a segnitie ac socordia manat; hoc a stupore aegit indolentia. *Prose.*

302. Quanto autem stupor socordia gravior est, tanto quoque desperatio negligentiam gravitate superat. *Lib. 2, epist. 94, ad Isidor. presbyt.*

303. Cur desperemus clementiam Dei Patris poenitendo posse placari? parens indulgentissimus est, et remissionis se poenitentibus peccata promittit, et obliiteraturum omnes iniquitates nostras, si iustitiam domo cooperimus operari. *Lib. 6 de Divin. Inst.*, cap. 24.

LACT. FIRM. 304. Is, quem facti sui poenitet, errorem suum pristinum intelligit: ideoque Graeci melius et significantius *peritōpov* dicunt, quam nos latine possumus dicere *resipiscantiam*: respicit enim quasi suam mentem ab insaniam receperit, quam errati piget. *Ibid.*

305. Nemo potest esse tam prudens, tam circumspectus, ut non aliquando labatur. Et idcirco Deus imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini portum salutis: ut hinc necessitati (cui fragilitas nostra subjecta est) medicina poenitentiae subveniret. *Ibid.*

306. Magnum est poenitentiae auxilium, magnum solatium: illa est vulnus peccatorum, quae sanatio, illa spes, illa portus salutis: quam qui tollit, viam vitae sibi amputat. *In Epitome*, cap. *Fides*:

307. Nemo esse tam justus potest, ut nunquam sit ei poenitentia necessaria. *Ibid.*

308. Dedit Deus generale pro omnium facinorum satisfactione remedium, poenitentiae videlicet portum: ad quem quisquis fideliter confugerit, quamvis ingenti delictorum faece oneratus sit, damnari non poterit. *De casto conviv.*, cap. 7.

309. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparatur aeterna. *Epist. 91 ad Theodor. Foroliviensis, episc.*

304. Is, quem facti sui poenitet, errorem suum pristinum intelligit: ideoque Graeci melius et significantius *peritōpov* dicunt, quam nos latine possumus dicere *resipiscantiam*: respicit enim quasi suam mentem ab insaniam receperit, quam errati piget. *Ibid.*

305. Nemo potest esse tam prudens, tam circumspectus, ut non aliquando labatur. Et idcirco Deus imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini portum salutis: ut hinc necessitati (cui fragilitas nostra subjecta est) medicina poenitentiae subveniret. *Ibid.*

306. Magnum est poenitentiae auxilium, magnum solatium: illa est vulnus peccatorum, quae sanatio, illa spes, illa portus salutis: quam qui tollit, viam vitae sibi amputat. *In Epitome*, cap. *Fides*:

307. Nemo esse tam justus potest, ut nunquam sit ei poenitentia necessaria. *Ibid.*

308. Dedit Deus generale pro omnium facinorum satisfactione remedium, poenitentiae videlicet portum: ad quem quisquis fideliter confugerit, quamvis ingenti delictorum faece oneratus sit, damnari non poterit. *De casto conviv.*, cap. 7.

309. Multiplex misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparatur aeterna. *Epist. 91 ad Theodor. Foroliviensis, episc.*

310. Poenitentia, quae usque ad vitae extremum differtur, dubia admodum est, periculosa, non semper vera. *In Canon. vita spirit.*, cap. 2.

311. Optima poenitentia atque praecleara est, mentem humilem habere, et voluntatem ab omni peccato atque ab omnibus, quae impedimentum amori divino afferunt, avertere, eamque integre ad ipsum Deum convertere. *De Inuit. spirit.*, cap. 8.

312. Si sordidum quid a nobis commissum est, poenitentia id lavamus: debemus enim puram nostram imaginem, ut regulam imitari. *Paranes. 210.*

313. Nemo unquam perit, qui efficaci poenitentia pharmaco usum est. Et habet apud D. Joannem Damascenum, *lib. 2. Parall.*, cap. 86.

314. Poenitentia quamvis sit exigua, non despiciatur apud iudicem justum Deum. Et habet apud Bedam, in suis *Scritall.*, cap. 9.

315. Piget sane peccare, sed poenitere non piget, pudeat periclitari, sed non pudeat liberari. *Epist. 1. ad Synonymon.*

316. Nunquam Deus non poenitenti comminatur, nisi ignosceret poenitenti. *Ibid.*

317. Satis tempestiva est poenitentia, quae anti-

S. LAURENTIUS JUSTIN.

S. LEO I.

LUDOVICUS ELOSUS.

S. NILUS.

ORIGENES.

S. FACIANUS EPISC. BANCINON.

PETR. BEES.

epit diem mortis : Latro in cruce penitet, nemo sero penitet, quem non invenit poenitentem. Epist. 15. ad *Episc. Carnotens.*

318. Non noverunt divites magnum, et supereminens, et gloriosum, et supercoeleste, et inastimabile poenitentiae donum. *Prosec.*

319. Haec est secunda tabula post naufragium, caelorum scala, reconciliatio pacis, acquisitio vitae, vitiatorum abolitio, corporum custodia, medicina spirituum.

320. Nihil adeo deprimit et suffocat poenitentiae fructum, sicut opum affluentia; et eminentia dignitatum.

321. Quis enim magis indiget remedio poenitentiae, quam dives, qui semper poenitenda committit? de salute animae vix aut nunquam cogitans, semper curam carnis in desideris agit.

322. Periculosior est in divitiis poenitentiae dilatio quam in aliis; quia praeter morientis genus publicum, frequenter est eis mortis occasio, gladius aut venenum.

323. Tanto itaque debet esse per poenitentiam paratior anima divitis, quanto periculosior eidem imminet causa mortis. *Ibid.* Tract. de *Hierosol. peregrinat.*

324. Gratias acceptat Dominus plerumque peccatorum poenitentiam humilis et contriti, quam innocentiam justis tepidi et remissi. *Prosec.*

325. Ille fortiter cadit, sed fortius surgit: iste lentescens in via Domini, et in proximo evomendus, in suo tempore et tempore marcescit. *Ibid.* de *Innocentia contra depravator.*

S. PETERUS DAMIANUS.

326. Optime poenitet, qui dum carnem maceratione maciat, et salubrem illi nunc amaritudinem ingerit, cuius olim noxia delectatione peccavit. *Prosec.*

327. Nihil differt quibus poenitentis caro poenitentis addicitur, dummodo voluptas praecedentis illecebrae vicaria repressi corporis afflictione mutetur. Lib. 5, epist. 8 ad *Clericos Florentinos.*

328. Non tibi blandiaris, si graviter peccanti levior poenitentia, vel a nesciente, vel a dissimulante dicatur: cum in purgatoris ignibus perficendum sit, quidquid minus feceris, quia dignos poenitentiae fructus quaerit Altissimus. Serm. 58 de *Andrea.*

329. O quam clarum poenitentiae jubar, quod noctem peccati removet, quod conscientiam nubium erigit. Serm. 71 de *Dedic. Eccl.*

330. Quid prodest a peccatorum perpetrations desistere, nisi et haec ipsa quae perpetrata sunt, student quibus districtae poenitentiae satisfactione delere? Opusc. 13, cap. 6.

331. Revera quomodo de reatus sui relatione

securus est, qui ad locum poenitentiae veniens, poenitentiam non observat? *Ibid.*

332. Dolerat et contra veritatem mentitur, qui pergens injuste agere, proficitur poenitentiam. De *Profugis.*

333. Solet amaritudo poenitentiae non solum perpetrata satisfaciendo delere, verum etiam efficere, ut quis non licet, nec libeat repetere. Part. 1, tract. 1 de *Exterminat. mali.*, cap. 8.

334. Sera quippe sera est poenitentia mortuorum. Lib. 3, ad *Eccl. Cathol.*

335. Quisquis poenitentiam agere per labores, ultro susceptos renititur, is coactus in labores, qui jam praedefiniti sunt, incidet, quos et invitus feret. *Hecatonad.* 2, cap. 75.

336. Ubi emendatio nulla, poenitentia necessario vana. Lib. de *Penit.*, cap. 2.

337. Qui poenitentiam differt in tempora posteriora, non festinat hic poenitere; qui procrastinat, non assequitur sanitatem. Sup. *Joan.*, cap. 5.

338. Nullus vere diligit, qui non vere poenitet Opusc. 9, de *decem praecip.*, verbo *Sicut.*

339. Si ex toto corde homo poeniterit, et non appoverit facere iterum unde poenitet, etiam triduanam poenitentiam suscipit Deus. Lib. 5, libell. 10 de *Discret.*, num. 40.

340. Poenitentia peccatorum est ulterius non peccare. Lib. 7, cap. 22, num. 1.

## SENTENTIAE PAGANORUM.

341. Quem factorum suorum non poenitet, is est incurabilis. Lib. 5 *Ethic. ad Nicomach.*, cap. 7.

342. Optimus est portus poenitentiae, mutatio consilii. Orat. 54, *Philipp.* 12.

343. Gravis animi poena est, quem post factum poenitet. In suis *Sent.*, sent. 150.

344. Qui mortalium injuste agit, et poenas non dat rerum a se injuste perpetratarum, miser est. De *Rhetor.*

345. Maculam veteris industrie, laudabili otio ablue. Lib. 3, Epist. 7, ad *Canninian Rufum.*

Vide etiam tit. *Angelus*, sent. 31; *Dopitimus*, sent. 27; *Cadere*, sent. 186; *Compancio*, sent. 13, 12, 46; *Continentia*, sent. 22; *Culpa*, sent. 35; *Desperatio*, sent. 45, 46, 47; *Eleemosyna*, sent. 45; *Eradicare*, sent. 49; *Excusatio*, sent. 49; *Humilitas Christi*, sent. 11; *Impudentia*, sent. 5; *Judas*, sent. 54, 55, 74; *Larynx*, sent. 37, 61; *Luctus*, sent. 31; *Negare Deum*, sent. 36, 62; *Peccatum in genere*, sent. 249, 171, 172, 173; *Peccatorum remissio*, sent. 41, 58, 44; *Purgatorium*, sent. 57, 88, 400; *Recidivatio*, sent. 36; *Religiosus*, sent. 53; *Retrogredi*, sent. 36; *Satisfactio*, sent. 8, 14; *Tempus*, sent. 58; *Venia*, sent. 35; *Vocatio Dei*, sent. 37.

## POPULUS.

2. AUGUST. *Definitio.* Populus est coetus multitudinis juris consensu et utilitatis communi. Lib. 1 de *Civitate Dei*, cap. 21.

Populus est coetus multitudinis rationalis, rerum quas diligit concordia communi sociatus. *Ibid.*, lib. 19, cap. 24.

Populus est multitudo hominum sub aliquo ordine comprehensorum. Part. 4. *Summe*, qu. 31, art. 4.

HUGO CARD. *Divisio.* Est triplex populus, populus Dei, populus mundi, populus diaboli. Super *Psalm.* xcvi.

## SENTENTIAE PATRUM.

1. Si populus sit bene moderatus et gravis, communisque utilitatis diligentissimus custos, recte lex fertur, qua huic ipsi populo liceat sibi creare Magistratus per quos sua res, id est publica, administraretur. Lib. 1 de *Libera arbitrio*, cap. 6.

2. Minime ambitio, nisi in populo avaritia, luxuriaque corrupto prevaleret. *Prosec.*

3. Avarus, luxuriosusque secundis rebus populus effectus est. Lib. 1 de *Civit. Dei*, cap. 31.

4. Hominum multitudo populum facit, cujus res dicitur esse Respublica. *Ibid.*, lib. 19, cap. 21.

5. Populus tanto melior, quanto in melioribus: tanto deterior, quanto est in deterioribus concors. *Ibid.*, cap. 24.

6. Ex hominibus una lege societatis populus constat. Lib. 1 de *Lib. arbit.*, cap. 7.

7. Populus fidelis non novit gaudere de seculo. Tract. 7, super *Joan.*

8. Plebs quae praepositos suos studet audire, Deum sequitur. Homil. 4.

9. Ad bonam ordinationem populi inter se, requiritur possessionum divisio. Super *Num.*, cap. xxvi.

10. Populus armatus sine Deo, inermis est. Super *Psalm.* lxxviii.

11. Bonus populus cum bono sacerdote, ad dexteram sublimatus est in gloria; malus populus cum malo sacerdote, detrudendus est in gehenna. Super *Isaiam*, cap. 24.

12. Plebs mobilis est sicut frondes, quae moventur de facili. Super *Ezech.*, cap. 31.

13. Sicut familia sine flagello non regitur, sic et populus sine increpatione non gubernatur. Homil. 45. Super *Math. Oper. Imperij.*

14. Vagus iudicio recto caret. Homil. 28, super *Acta Apost.*

15. Membra Christi fideles sunt populi. Lib. 3 de *summo bono*, cap. 49, sent. 3.

16. Vagus in locum pompis inanibus gaudet, animisque puerilibus spectat omnia, oblectatur frivolis. Lib. 2 de *Divin. inst.*, cap. 3.

17. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius, nihil fallacius. Orat. 23 pro *Muræna*, num. 36.

18. Quo major est populus, cui commissetur, hoc periculi plus est. Epist. 7.

19. Nunquam volui populo placere; nam quae ego scio, non probat populus, quae probat populus, ego nescio: quis enim placere potest populo, cui placet virtus? Epist. 29.

## POSSESSIO.

*Elymologia.* Possessio secundum iura dicitur, quasi pedum sessio. Part. 3, tit. 3, princ. col. 2.

*Definitio.* Possessio est corporalis rei detentio corporis et animi juris adminiculo interveniente. Part. 3, tit. 3, § 2.

## SENTENTIAE PATRUM.

1. Qui plurimum auri possidet, non abundat, quia nihil est quiddam in hoc seculo est. Lib. 1 *Offic.*, cap. 30.

2. Laus Domini, ubi munda possessio, et innocens familiae disciplina. Lib. 1 *Offic.*, cap. 50.

3. Illud possidemus, quo utimur: quod autem ultra usum est, non utique habet possessionis fructum, sed custodiae periculum. *Ibid.*, lib. 2, cap. 26.

4. Christianus qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatore. Serm. 61 de *Juda proditore.*

5. Quomodo non mendicis, cui sunt parva quae possidet? nam et si mihi dives videatur, nec testimonis sua vota solatur, qui quod optat, nescit credere. De *Joseph.*, cap. 4.

6. Possessio possessoris debet esse, non possessor possessionis. *Prosec.*

7. Quicumque igitur patrimonio suo tanquam possessione non utitur, qui largiti pauperi et dispensare non novit, is suarum servulus est et non dominus facultatum. De *Nabuthae*, cap. 15.

8. Hoc alienum non est, quod iure possidetur: ad possidendum hoc autem iure, quod iuste, et hoc iuste quod bene. Epist. 54 ad *Macedonium.*

9. Omne quod male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui male utitur. *Ibid.*

10. Sine dolore non pereunt, quae cum amore possessa sunt. In *Enchiridio*, cap. 68.

11. Nemo possidet Deum, nisi qui possidetur a Deo; nimis nos ipsi facti Dei possessio, et efficitur nobis possessio Deus. De *salutar. docum.*, cap. 40.

12. Nullo modo sit minor accedente, seu permanente consortis possessio: imo possessio tanto fit latior quanto concordior eam individua sociorum possidet charitas. Lib. 15 de *Civit. Dei*, cap. 5.

PHILO JUD.

RICHARDUS A S. VICE.

SALVIANUS.

THALASSIUS.

TERULLI.

THEOPHILACTUS.

S. THOMAS AQUINAS.

IN VII. PAT.

ARISTOTEL.

CICERO.

MINUS PUBLI.

PLATO.

PLINIIUS D.

S. CESARIUS AVELAT.

GLOSS. ORD.

GLOSS. INT.

HUGO CARD.

S. JOHANNES CHRYSOST.

S. ISIDORUS HISPALENS.

LACT. FIRM.

CICERO.

SENECA.

S. ANTONIN.

S. ANTONIN.

S. AMBROS.

S. ACCURS.



43. In comparatione illius quod est, attendens ista que non ita sunt, et plus mihi videns deesse quam adesse, ero humilior ex eo quod deest, quam elatior ex eo quod adest. *Prose.*

44. Nam qui putant se aliquid habere, cum hic vivunt, superbiendo non accipiunt quod deest, quam magnum putant esse quod adest. Super *Psalm.* xxxviii, vers. 6: *Ut sciam quid desit mihi.*

45. Unde quisque possidet quod possidet? non jure humano, nam jure divino Domini est terra et plenitudo ejus. *Prose.*

46. Noli ergo dicere possessiones tuas, quia ad ipsa jura humana renuntiasti, quibus possidentur possessiones. Tract. 6 super *Evang. Joan.*, de cap. 1.

47. Gravis acquisitio, arumosa possessio. De *Verbis Apost.*, serm. 28.

48. Possidere quod cum labore requiritur, paucorum est; contemnere quod cum fructu contemnas, omnium est. *Ibid.*

49. Noli timere ne angustet te compossessor, omnibus latum est quod charitas possidet. Homil. 8, *Ex quinquag.* homil.

20. Avaritia multa possidere vult, et tu possides omnia. Lib. 2 *Conf.*, cap. 6.

21. Multo mirabilius est non inherere divitiis, quamvis possideas, quam omnino eas non possidere. De *Morb. Eccl.*, cap. 23.

22. Si privatim quæ nobis sufficiant possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum. Epist. 50.

23. In jure prædiorum, tandiu quisque bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cum vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit; tunc male fidei perhibetur, tunc juste injustus vocatur. De *Fide et oper.*, cap. 7.

24. Totum posside, et noli dividere Deum. De *quinque hæres.*, cap. 6.

25. Intrat possessor sub titulis suis, quo intrabat prædo sub titulis alienis. Tract. 7, super *Epist. Joan.*

26. Pater non docet filium cum quo possideat, sed qui post eum. Tract. 7, super *Jean.*

27. Non vult Christus communionem, sed eos qui vult possidere quod emit: tanti emit Christus hominem, ut solus possideat, tu facis et consortium diaboli; quia autem filius pars diaboli, discedit, et totum diabolus possidit. *Ibid.*

28. Proponitur in tempore, quod possideas in æternum. Homil. 8, *Ex quinquag.* homil.

29. Mala rei possessio, cujus abdicatio fructuosus est. Serm. 26 de *Verbis Apost.*

30. Beatus est, qui ea possidet, quæ maximi pretii æstimantur, qui honorum quæ auferri non possunt, particeps est. Super *Psalm.* 1, conc. 4, vers. 1.

S. BASILIUS  
MAGNUS.

31. Aliud est multas divitias scire, aliud est possidere: nec notitia divitem facit, sed possessio. Serm. 28, super *Cant.*

32. Propria possidere, seculari quidem homini medium est, quoniam et non possidere licet: Monacho vero quia possidere non licet, purum malum est. Epist. 7 ad *Adam Monach.*

33. Nimis dives est Christiana Religio, cui datum est in omnium possessore omnia possidere. Super *Sap.*, cap. 8.

34. Bona possessio est, quæ propinqua est civitati. Lib. 5, compend. *Theolog. verit.*, cap. 9.

35. Quando aliquid tenemus, hoc in potestate nostra redigimus: sed desinit fieri liberum, quod nobis exepit esse captivum. Super *Psalm.* cxxxvi, vers. ult.

36. Possessio, quæ cum iniquitate acceleratur, minor redditur. Lib. 3, *Serm.*

37. Caduca sunt quæcumque ficta sunt: nec fiduciam præbent possidentibus stabilem, quæ possessionis non habent veritatem. Epist. 2 ad *Donat.*, cap. 10.

38. Possidere se credunt, qui potius possidentur: census sui servi, nec ad pecuniam suam domini, sed magis pecuniam mancipati. De *Lapsis*, cap. 3, art. 5.

39. Quamvis temporalia bona sint possidentis, quantum ad proprietatem: tamen quoad usum esse debent eorum, qui de eorum superfluo indigent sustentari. Super *Epist. 1 Joan.*, cap. 5.

40. Quanto major in possessione commoditas, tanto major in amissione dolor. Super *Exod.*, cap. xxii.

41. Gravis labor est, hoc cum magna fatigatione apprehendere, quod is qui apprehendit, noverit diu stare non posse. Lib. 6 *Moral.*, cap. 7.

42. Sine dolore amittitur, quidquid sine amore possidetur. *Ibid.*, lib. 31, cap. 8.

43. Si nihil in hoc mundo amando possidentis, etiam possidendo cuncta reliquistis. Homil. 37, super *Evang.*

44. Fieri non potest, ut aliquid possideatur eorum, quæ sunt excoela, nisi rerum terrenarum amisso studio. Homil. 7, super *Ecclesiasten.*

45. Nonnulli sunt ditiores Monachi, quam fuerant seculares et clerici, qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locupletate et fallacia diaboli non habuerant: ut suspiraret eos Ecclesia divites, quos mundus tenerat ante mendicos. Epist. 2 ad *Nepotian.*, et epist. 3 ad *Heliodor.*

46. Nihil est grande possessionum redditibus abundare, et vile iactare palliolum. Epist. 13, ad *Paulin.*

47. Jam non sunt tua, quæ possides; sed dispensatio tibi credita est. *Ibid.*

S. BERNARD.

S. BONAV.

HUGO A. S.  
VICTOR.

CASSIODOR.

CLEMENS  
ALEX.

S. CYRILL.

HUGO CARD.

DIONYSIUS  
CARTHUS.

GLOSS. ORD.

S. GREGOR.  
MAGNUS.

S. ORFGOR.  
NYSS.

S. HIERON.

S. JOANNES  
CHRYSOST.

48. Quo affectu possideamus aliquid, docemus cum id amittimus: et cupiditatem fruendi, carendi dolor prodit, quem qui in carendo non habuit in possidendo quoniam modo habuit? Epist. 4 ad *Demetriad.*

49. Qui plus possidet, plus debet timere. *Ibid.*

50. In Christo possidendum est, quod cum Christo est possidendum. Epist. 3, ad *Geruntii filius.*

51. Quatuor sunt in rebus possessis observanda, ne licita injuste acquirantur, aut juste acquisitis illicito perfruantur, aut illicita licite defendamus. Lib. 2 de *Clavet. anim.*, cap. 5.

52. Multa possidere propinquum est cupiditati, et sic quod quandoque propinquum est cupiditati, male defendi solet. *Ibid.*

53. Duo sunt, qui male possidere volunt, avarus et prodigus. Unus ut congreget, alter ut dissipet. *Ibid.*

54. Non felix existimatus est homo, si multa possidet, sed si multis non indiget. Lib. 4, de *Vanitat. mundi.*

55. Inimicus sibi fit, qui multa possidere concupiscit. *Ibid.*

56. Justorum possessio sunt virtutes, et bona opera. Super *Gen.*, cap. 47.

57. Quanto quod possidetur, ceteris est utilius, tanto amittitur damnosius. Super *Exod.*, cap. 22.

58. Justum est ut qui celestia tractant, nihil in terra possident. Super *Deuter.*, cap. 48.

59. Plerique dum possidere se credunt res, ipsi possidentur ab eis. Super *Ecclesiasten.*, cap. 7.

60. Nimis dives est Christiana Religio, cui datum est in omnium possessore omnia possidere. Super *Sapient.*, cap. 8.

61. Vere pauperes omnia possident, quia Deus quidquid vult, facit, et nihil facit quod non eis placeat. Super *Hierem.*, cap. 27.

62. Multi multa cum dolore et timore possident. Super *Math.*, cap. 5.

63. Nullius erit Deus possessor, nisi illius quem ipse possiderit. *Ibid.*, cap. 5.

64. Quanto plura possidet avarus, tanto paucior solet fieri. Homil. 84, super *Math. oper. perf.*

65. Quanto plura amplecteris, tanto magis tuæ derogas libertati: vera namque libertas est, nulla re indigere. Homil. 79, super *Jean.*

66. Nihil sic in rerum discrimine fiduciam habere facit, sicut nihil possidere, Serm. super *ilud: Salutate Priscam.*, etc.

67. Magnum bonum est, non possidere pecunias, sed Dei timorem possidere. Homil. 2, ad *Popul. Antioch.*

68. Non tua possides, res pauperum sunt tibi

credite, sive ex laboribus, sive ex hereditate paterna possideas. *Ibid.*, homil. 34.

69. Qui multa possidet, nihil habet: qui autem nihil habet, bona omnium possidet. Homil. 42, super 1. *Cor.* in *ilud 4, Quasi nihil habentes.*, etc.

70. Hoc habet bonum possessio rerum presentium, si vitam respiciat miserorum. Lib. 3 de *Sum. bono.*, cap. 60, sent. 2.

71. Felix est illud horreum possessionis, et omnium fructuum multiplicatione dignissimum, de quo egentium et debiliu saturatur esurientes, de quo desiderium fovetur infirmi. Serm. 5 de *Jejun. decimi mensis.*

72. Omni possessione caret, qui omnibus suis possessionibus renuntiavit neque omnino quidquam super terram præter corpus possidet. Centur. 3, de *Charit.*, cap., 88.

73. Possessio hæc vere magna et prefiosa est quæ possessorem suum non cumulo seculari onerat, sed reddito ditat æterno. Epist. de *Casophylacio.*

74. Melius est tibi domum tuam augere moribus quam possessionibus: melius est celum implere quam horreum. Epist. 434 ad *Willelm. Electum.*

75. Cui offertur portio in terra viventium, contemnenda est possessio terrenorum. *Ibid.*, tract. de *Hierosol. peregrinat.*

76. Quanto est aucta possessio, tanto magis est possidentis inflammata cupidio. Lib. 8, epist. 10 ad *Marianam doctorem.*

77. Bonus vir nihil proprie possidet, nec seipsum quidem. Lib. 4 de *Vita Mossi.*

78. Paucæ possides? cave invidias divitiibus. Lib. de *Joseph.*

79. Expedit facultates Ecclesie possideri, et amore perfectionis proprias contemni. *Prose.*

80. Hoc est possidendo contemnere, non sibi, sed aliis possidere: nec habendi cupiditate Ecclesie facultates ambire, sed eas pietate subveniendi suscipere. Lib. 2 de *Vita contemplat.*, cap. 9.

81. Quem possidendi delectat ambitio, Deum, qui possidet omnia que creavit, expedita mento possidat, et in eo habeat quæcumque habere sancto desiderat. *Prose.*

82. Sed quoniam nemo possidet Deum nisi qui possidetur a Deo, sit ipse primitus Dei possessio, et efficitur ei Deus possessor et possessio.

83. Et quid potest eo esse felicitus, cui efficitur suus Conditor census? quid ultra querit, cui omnia suus Conditor fit? aut quid ei sufficit, cui ipse non sufficit? *Ibid.*, cap. 16.

84. Qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. *Ibid.*

S. ISID. HISP.

S. LEO. I.

S. MAXIMUS  
MART.

S. PAULINUS

PETRUS  
BLESSENS.

S. PAVLUS

PHILO JUD.

S. PROSPER.

SALVIANUS.

85. Refugienda est ampla possessio, ne conseqatur profunda perditio. Lib. 2 ad *Eccles. Cathol.*
- S. THEODOR. 86. Incerta est possessio divitiarum: nunc enim ad hunc veniunt, nunc vero ad illum transeunt. Quae autem multos habet dominos, nullius est possessio. Super 1 *Timoth.*, cap. 6.
- SENTENTIA PAGANORUM.
- PLINIVS II. 87. Tanta invasit homines habendi cupidio, ut possideri magis quam possidere videatur. Lib. 9, epist. 30.
- SENECA. 88. Omnium extrinsecus affluentium possessio, lubrica et incerta est. *De Constant. sapient.*, cap. 5.
89. Nullius boni sine socio jucunda possessio est. Epist. 6.
90. Quaecumque ex rebus transitoris possides, non mireris in quo magnum existimes, quod caducum est. *De quaerit. vir.*
- SIXT. FRU. 91. Non amplius possideas, quam usus corporis possit. Sent. 407.
92. Ea posside, quae nullus possit auferre a te. *Ibid.*, sent. 440.
93. Cupiditas possidendi, origo avaritiae est. *Ibid.*, sent. 429.
94. Nulla propria possessio putetur sapientis. *Ibid.*, sent. 218.
- Vide etiam tit. *Aurum*, sent. 47; *Habere*, per totum; *Monachus*, sent. 69; *Pecunia*, sent. 21; *Pecuniarum*, sent. 126; *Regnum caeleste*, sent. 16; 17, 18, 56; *Temporale*, sent. 42.
- POTESTAS in genere.
- HUGO CARD. *Etymologia*. Potestas dicitur, quasi potentia stans. Super *Joan.*, cap. 4.
- CICERO. *Definitio*. Potentia est ad sua conservanda, et alterius obtinenda, idonearum rerum facultas. Lib. 2 de *Invent. Rhetor.*
- SENTENTIA PATRUM.
- S. AMBROS. 1. Omnis potentia seculi, somnium, non veritas est. *De Joseph*, cap. 6.
2. Ordinatio mundi a Deo, opera mundi a diabolo: a Deo potestatum ordinatio, a diabolo ambitio potestatis. *Prose.*
3. Fugiamus ergo omnia quae diabolica subjacent potestati, ne tanquam malus tyrannus in eos, quos intra suum regnum invenerit, acceptae savitiae potestatis utatur. Lib. 4, super *Luc.*, cap. 17, in illud: *Et ostendit illi omnia regna, etc.*
- S. ANSELM. 4. Qui potest quod sibi non expedit, et quod non debet, potest: quanto magis hoc potest, tanto magis adversitas et perversitas possunt in illum, et ipse minus contra illas. In *Prosaologia*, cap. 7.

5. In nulla re tantum hodie offendunt seculi potestates, sicut in iudiciis. Part. 3, tit. 3, cap. 1, § 9.
6. Quanto vis celsior potestate, tanto humilior fias pietate. Epist. 54, ad *Macedonium*.
7. Optandum est ut potestas nunc datur, sed contravitia, propter quae vincenda potentes nolunt esse homines, et volunt propter vincendos homines, ut quid hoc? nisi ut vere victi, falso vincant, ne sint veritate, sed opinione victores. Lib. 13 de *Trinit.*, cap. 43.
8. Qui placet sibi ut potestate sua uti velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. Lib. 3 de *Lib. arb.*, cap. 25.
9. Invidiosa est potestas, quia legitima est: invidiose facit, qui jure facit: sine invidia facit, qui praeter leges facit. Tract. 5, super cap. 1 *Evang. Joan.*
10. Quo potestas sublimior est, eo ad peccandum major audacia, quae totum sibi licere credit quod potest. *De Vita Christiana*, cap. 3.
11. Potentior animus non cogit in aliquid, nisi quod suae potestati subditum est. *De Immort. animae*, cap. 43.
12. Quisquis animus alterum animum habet in potestate, magis cum necesse est vult in potestate habere, quam corpus. *Ibid.*
13. Quae potentiora, etiam meliora sunt. *Ibid.*, cap. ult.
14. Non est ordinatissimum, ut impotentiora potentioribus imperent. Lib. 4 de *Lib. arbit.*, cap. 40.
15. Potentior ab infirmiore, si corrumpi nolit, non corrumpitur. *Ibid.*, lib. 3, cap. 44.
16. Nulla vi superari potest, qui est in nullius potestate. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6.
17. Si animus placens sibi potestate sua frui velit, tanto fit minor, quanto se cupit esse majorem. *Ibid.*, cap. 25.
18. In potestatis societatis humanarum, major potestas minori ad obediendum praeponeatur. Lib. 3 *Conf.*, cap. 8.
19. Homo in natura posse, et in potestate habet velle. Lib. 4 de *Genesi ad litt.*, cap. 4.
20. A Deo sunt omnes potestates, quamvis ab illo non sint omnium voluntates. Lib. 5 *De Civitate Dei*, cap. 8.
21. Non superbiendum est, quasi homo eadem potestate sanctur, qua potestate vitiatas est. *De Nat. et grat.*, cap. 30.
22. Non quiescit in daemonibus voluntas nocendi, etiam cum potestas non datur. Annot. in *Job*, cap. xxxviii.
23. Ut esset homini potestas in Deum, ab ipso Deo accepit potestatem homo. Homil. 33, *Ex quinqueq. homin.*

- S. ANTONIVS S. AGUSTINVS.
- S. BERNARD. 24. Videte, fratres, quam nocent iniqua potestas, quomodo caput impium subiectos quoque suae conformat impietati. *Prose.*
25. Misera plane civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiane sine dubio particeps erit malitiae, et ad novae salutis ortum Herodiana movebitur turbatione. Serm. 3, *Epiph.*
- S. BERTH. 26. Nullam ejus hominis potentiam putes, qui quod ipse in alio potest, id in se alter valeat, efficere ipse non possit. Lib. 2 de *Consolat. philos.*, prosa 6.
27. Qua parte beatos faciens desinit potestas, haec impotentia subintrat. *Ibid.*, lib. 3, prosa 5.
28. Non est illa potestas, quae sollicitudinum morsus expellere, quae formidinum aculeos vitare nequit. *Ibid.*
29. Eo ipso quo potentes bonum deserunt, et ad vitia deflectunt, hoc modo non solum potentes esse, sed omnino esse desinunt. *Ibid.*, lib. 4, prosa 2.
- S. BONAV. 30. In potentia nullo modo est gloriandum, sed semper de eam timendum. *Prose.*
31. Ubi est vana potentia Caesaris, qui primus solum Imperium obtinuit, a quo omnes Imperatores appellati sunt Caesares, quem Romani tandem gladiis interfecerunt?
32. Ubi nunc est vana potentia Neronis, qui fugatus a Romanis, fuscis dentibus acuit, quo seipsum per ventrem transiit?
33. Ubi nunc est ampla et vana Alexandri potentia, qui sibi orbem totum subiecit, et duodecim annis tantum regnavit, et ultimo veneno interiit?
34. Valde gloriosus Leo incedit, sed dum suam vanam potentiam non advertit, in foveam saepe ruit, de qua cum exire non possit, submittit collium catenis. Serm. 4 de *Uno Mari.*
- S. CYPRIAN. 35. Magis, quo plus ceteris unusquisque potest, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo minoretur. *De Singularit. cleric.*, cap. 24.
- MONYSVS CARTEVS. 36. Qui potest quod sibi non expedit, quanto id magis potest, tanto impotentior est, et infelicior. Super *Epist. II ad Timoth.*, cap. 2, art. 2.
- GLOSS. ODD. 37. Non a diabolo est potestas, sed obnoxia tamen insidias diaboli: nec ideo mala ordinatio potestatum, quia malo sunt obnoxie potestates. Super illud *Lucae iv*: *Quia mihi tradita sunt, etc.*
- S. GREGORIUS MAGNVS. 38. Potestas cum habetur, et cogitanda est ad utilitatem, et dissimulanda est propter tumorem; quatenus is qui ea utitur, et ut prodesse debeat, posse se sciat: et ut extolli non debeat, posse se nesciat. Lib. 5 *Moral.*, cap. 8.
39. Sepe qui in potestate sunt, dum sese a licitis retinere nesciunt, ad illicita opera et inquieta dilabuntur. *Ibid.*

40. Utilitati iustorum militat potestas iniquorum. *Ibid.*, lib. 20, cap. 19.
41. Cum perversissimae hae vita potestas tribuitur, quid aliud quam janua erroris aperitur? *Ibid.*
42. Amica potestati pene semper impatientia est eique etiam male subiecte imperat: quia quod ipsa sentit, potestas exepit. *Ibid.*, cap. 28, super illud *Job xxx*: *Sine furore consurgens.*
43. Saepe transitoria potestas animum per abrupta elationis rapit. *Ibid.*, lib. 21, cap. 40.
44. Potentibus viris magna est virtus humilitatis, considerata aequalitatis conditionis. *Ibid.*, num. 44.
45. Qui contra superpositam sibi potestatem murmurat, liquet quod illum redarguit, qui eadem homini potestatem dedit. *Ibid.*, lib. 22, cap. 17, num. 24.
46. Rectori provido cogitatione sollicita, potestas quae accepta est, non honor, sed omnis aestimatur. *Ibid.*, lib. 24, cap. 16, num. 30.
47. Tunc potestas bene geritur, cum non amando, sed timendo retinetur: quae ut ministrari recte valeat, oportet primum ut hanc non cupiditas, sed necessitas imponat. *Ibid.*
48. Potestas cum percipitur, non ex libidine amanda est, sed ex longanimitate toleranda. *Ibid.*
49. Bona est ordine suo potentia, sed cauta regentis indiget vita. *Ibid.*, lib. 26, cap. 19, super illud *Rom. xii*: *Nolite esse prudentes, etc.*
50. Cum potentie temporalis ministerium suscipitur, summa cura vigilandum est ut sciat quisque; et sumere ex eo quod adjuvat, et expugnare quod tentat, et aequalem se cum illa ceteris cernere, et tamen se peccantibus zelo ultionis preferre. *Ibid.*
51. Potestas quanto exterius eminet, tanto promi interius debet, ne cogitationem vincat, ne in delectationem sui animum rapiat, ne jam sub se mens eam regere non possit, qui se libidine dominandi supponit. *Ibid.*, cap. 19.
52. Subtilissima ars vivendi est enlmen tenere, gloriam premere, esse quidem in potentia, sed potentem se esse nescire, ad largienda bona potentem se cognoscere, ad rependenda noxia, omne quod poterat valeat ignorare. *Ibid.*, cap. 49, num. 24.
53. Denim imitari desiderat, qui fastidium potentie alienis intentus utilitatibus, et non suis laudibus elatus administrat. *Ibid.*
54. Superbus mundi hujus potentiam quaerit, non quo aliis prosit, sed quo ipse alteri subditus non sit. *Ibid.*, lib. 29, cap. 6, super illud *Job xlii*: *Omne sublime videt.*
55. Qui a subjectis metuitur, tanto facilis persuadet, quanto et cum potestate indicat quae sunt agenda. *Ibid.*, lib. 34, cap. 3, num. 4.